ORATIO
DE
ANVILLA

VILLA OLIM FRANCIAE RHENENSIS NOBILISSIMA
NUNC ILLUSTRI DUCATUS BIPONTINI OPPIDO

A

GEORGIO FRIDERICO LUDOVICO MUELLER

CLEBURGO BIPONTINO

DISCIPULO QUONDAM GYMNASII ILLUSTRIS BIPONTINI
NUNC ECCLESIAE REFORMATAE QUAE ODENBACI
VICO DIOECESEOS MEISENHEMENSIS COLLIGITUR

PASTORE

D. XX SEPT. AN. cIↄ Iↄ CCLII

CUM PUBLICA GYMNASII LUSTRATIO
PERAGERETUR
RECITATA

PARTEM I TOPOGRAPHICAM
OBSERVATIONIBUS GEOGRAPHICIS
ET HISTORICIS

MONUMENTORUM FIDE DIGNISSIMORUM OPE
ILLUSTRAVIT

DIGRESSIONIBUS AD FINES ALSATIÆ BOREALES
ET TRIFELSAM,
INSIGNIUM IMPERII OLIM CUSTODEM
CETERISQUE AMPLIFICAVIT

JOANNES PHILIPPUS CROLLIUS

GYMNASII ILLUSTRIS BIPONTINI RECTOR
HISTORIARUM ET ELOQUENTIAE PROFESSOR
CONSISTORII SUPREMI REFORMATI ASSESSOR

CUM TABULIS AENEIS II

BIPONTI TYPIS PETRI HALLANZY cIↄ Iↄ CCLXVII

Digitized by Google

PRINCIPI


ET

PATRIAE

SACRUM

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

ORATIO
DE
ANVILLA.

Quod eis, qui ex ſcholaſtica exercitatione & umbratili in conſpectum conſeſſumque veſtro huic, *Auditores*, ſimilem, hoc eſt, magna virorum, omni dignitatis ac laudis genere illuſtrium, frequentia ornatiſſimum producuntur, accidere plerumque ſolet, ut, cum primum timide admodum, tanquam ad aliquem exiſtimationis ſcopulum, ſic ſuam mentem & vocem ad dicendum appulerint, poſtea, ubi ſemel partium ſuſceptarum eventus paullo felicius proceſſit, maiore fiducia ſui ad easdem ſuſtinendas aggrediantur: idem mihi quoque, qui modo provocatus ſum, ut iterum coram vobis verba faciam, evenire ſentio. Etenim neque auctoritate huius loci, neque exiguae facultatis dicendi meae conſcientia commoveor, quo minus conſiſtam, atque illum meum, cuius fortaſſis adhuc meminiſtis, ſuperiori dicentis luſtratione timorem penitus omittam. Recordor ſcilicet, quanto mihi illo tempore laboranti auxilio fuerit humanitas veſtra; eaque recordatio non modo alacritatem mihi mirificam affert dicendi, ſed ſpem quoque certiſſimam, fore, ut hoc ſecundioribus

Digitized by Google

omnium veſtrum auribus hodie audiar, quo iucundior vobis probatiorque, ut penitus mihi perſuadeo, orationi meae ſubiecta eſt materia: hauſta quippe, quemadmodum audiviſtis, e fonte hiſtoriae patriae, quam politiſſimo cuique veſtrum in amore atque in deliciis eſſe ſcio, ac mihi eo praeſcripta conſilio, ut, cum cetera *Incliti* huius *Ducatus* oppida ſollemnibus orationibus, eisque in vulgus editis, pridem illuſtrata exſtent, *Anvilla* quoque, quaſi e tenebris evocata, ſimili lucis & honoris genere dignetur. Fuit quidem abhinc annos ſeptem & viginti alumnus quidam huius ſcholae optimus & commemorabili virtute praeditus, * qui, cum de *Trifelſa*, nobiliſſimo quondam Imperii Caſtro, orationem habuiſſet, edidiſſetque non contemnendam, etiam aliquanto poſt de noſtro, quod quam proxime illud eſt, oppido ſibi dicendum eſſe duxit: ſed ego, quidquid fuit huius commentationis, cum nihil inde apparuerit, id omne pridem oblitteratum, neque ex talibus etiam, qualia nobis obtigere, antiquitatis monumentis compoſitum auguror. Atque haec idcirco commemoro, ut intelligatis, iam aliquam *Anvillae* rationem habitam fuiſſe, nec vobis novum, aut leve videatur, ſi forte, quae hodie ex me audituri eſtis, ea quoque poſtero tempore vobis legenda exhibuero. Etenim ſi vetus illud caſtrum ſatis dignum viſum fuit, cuius memoria ad eam, quam dixi, rationem repraeſentaretur, non debet quisquam oppidum illi appoſitum, eadem indignum iudicare: quandoquidem hoc etiamnum ſartum tectum, integrumque

---

* *Henningus* ſcilicet *Nicolaus Ioannes Schlaaff*, *Ioachimi Schlaaffii*, *Incliti Regiminis Bipontini*, cum viveret, *Conſiliarii* ampliſſimi filius, ac *Sereniſſimi Haſſiae Landgravii*, ex familia *Darmſtadina Homburgenſi* oriundi, Medicus experientiſſimus fidiſſimusque.

Digitized by Google

grumque ſtat, neque in ullo dignitatis genere ceteris patriae urbibus, praeterquam huic noſtrae, facile cedit: ex illo autem praeter unum nomen, paucis admodum annalium diplomatumque monumentis conſervatum, & quasdam proiecti cadaveris particulas, nihil reliquiarum remanet. Sed quid ego haec apud vos loquor? qui, quae veſtra facilitas eſt & humanitas, noſtra qualiacunque pericula ſemper in meliorem partem accipitis; modo ad ea, quam decet, conferamus diligentiam. Quo quidem in genere ut ſaltem rerum dicendarum ordine faciam vobis ſatis, tenebo eum, quem in ſuperioribus orationibus, huius meae ſimilibus, non ſine intelligentium, ut opinor, iudicio adhibitum animadverti.

Itaque inde incipiam, unde alioquin in deſcribendis quibuscunque locis incipi ſolet, hoc eſt, a notatione regionis, ad quam quisque pro ſitus ditionisque ratione referendus eſt. Iam eius, qua *Anvilla* continetur, notandae nominandaeque rationem perinde diverſam eſſe video, atque deſcriptionem appellationemque maiorum minorumque quarumvis terrarum pro diverſo temporum tractu ſtatuque variaſſe conſtat.

Iacet enim, ſi mediae Geographiae rationem habeamus, primum in ea *Germaniae cisrhenanae* parte, quae, cum ibi quondam *Romani* dominarentur, initio *ſuperior*, poſtea *prima* vocata eſt *: eis vero per *Alamannos* inde eiectis, *Alamanniae* **, at-

* Utriusque appellationis rationem ſi quis accuratius noſſe cupit, ei ſatis in primis faciet, qui illam accuratiſſime evolvit, celeberrimus *Schoepflinus* in ampliſſimo, quod edidit, *Alſatiae illuſtratae* opere, *periodo Rom.* lib. II, cap. III, § XLIII & ſeq. p. 147.

** Videſis *Hertii* comment. atque opuſc. vol. II, part. III, de *Germ.*

que huius itidem veteri tum Regno, tum Ducatu deſtructo *, *Ducatus Franciae orientalis* nomine tractuque maxime comprehendi coepit; ** tum ſpeciatim in huius *Pago*, qui

Germ. pop. c. 3, & ſeqq. *Ioh. Caſp. Brechenmacheri notitiam Sueviae antiquae* §. CXVIII, p. 179, *Ioh Frid. Balbach de Gaſtel diſſert. qua fata* Ducatus Alamanniae & Sueviae *ſub moderamine celeberrimi Koehleri expoſuit* § II, p. 5 & 6, &, quam modo citavi, *Alſat. illuſt.* L. II, c. 1, § CCXXII, pag. 284 & ſeq. Lib. item III, c. 1, § II, p. 620 & c. II, p. 626 & ſeqq.

* *Ducatu* quidem per *Pipinum*, cognomento *Brevem*, qui primus *Alamanniae* Comites, vel Camerae nuntios impoſuit, ut *Eccardus* tomo I *Comment. de rebus Franciae orient.* p. 493 docet; *regno* autem longe ante, cum *Alamanni* a *Clodoveo M.* Francorum Rege, proelio ad *Tulbiacum*, Ducatus *Iuliaci* oppidum, ut vulgaris ex uno *Gregorio Turonenſi* ducta opinio fert, commiſſo, ad internecionem caeſi fuſique eſſent.

** De eo ut plures citare omittam, vide in primis *Schoepflinum Alſat. illuſtr.* L. III, c. II, § XIV, p. 627 &, qui *Franciae Novae* appellationem ſuperiori Germaniae, vel *Alamanniae cisrhenanae* vindicat, *Nic. Hier. Gundlingium* in iterata ad *Leibnitium de orig. Franc.* reſponſione, parti *Gundlingianorum* IX adiuncta § XLIX & L, p. 551 & ſeqq. quanquam eandem illam iam ante eum notarunt *Ferdinandus Furſtenbergius*, Principum Epiſcoporum Paderbornenſium eruditionis gloria facile princeps, *in monumentis Paderb.* not. I. ad *Remae monum.* p. 78 & 79, & *Nicolaus Schaten*, cuius, quae huc faciunt, verba ex libro eius III. *Hiſt. Weſtph.* opere perraro, *Hertius* § *III*, *c. I*, *notit. regni Franc. vet.* p. 231 ſubiecit, notatamque ex *Alamanniae* ad vetus *Auſtraſiae regnum* acceſſione definiverunt. Neque tamen *Germaniae orientalis*, quam *Franci*, victis *Alamannis*, per *ſuperiorem*, ut loquitur *Schatenus*, porrexere *Germaniam*, ſola *Franciae novae* nomen tulit; ſed *occidentalis* quoque *Galliae* pars, *Neuſtriae* alioqui nomine notiſſima, quam *Syagrio Clodoveus* itidem una cum

qui inde a mediis temporibus ex *Spira* amni etiamnum *Spirenſis* appellatur, noſtra lingua das *Speiergau**. Unde

 &

cum vita ademit. Teſtis eius rei *Albericus* in *Chron.* quod ex vetuſtis annalium monumentis magna ex parte compoſitum inter *Acceſſiones hiſtoricas Leibnitii* extat, ad annum DCXLIII, p. 51 his verbis; *ſucceſſit ei*, (Dagoberto I) *in regno filius eius* Clodoveus *in* Neuſtria, *id eſt*, *in* Nova Francia, *per annos XVII*; *vivente adhuc Sigeberto in Auſtria.* Unde haud dubie colligere licet, *Francos* primum ex veteri ſua ſede, Rhenum inter & Viſurgim patente, in inferiorem Germaniae cisrhenanae tractum, atque eo in ſuam ditionem redacto, in Galliam occidentalem & Alamanniam egreſſos huic utrique a ſe occupatae, ac novis colonis frequentatae regioni *Novae Franciae* nomen, praeter illud, quod a ſitu utriusque deſumtum Neuſtriae & Auſtraſiae appellatione continetur, impoſuiſſe, ut illas a ceteris, quas antiquitus poſſederant terras, diſtinguerent. *Eccardus* quidem in volum. *commentarr. de reb. Franc. orient.* primo, L. XXII, § IX, pag. 377, ubi *Monachi Sangallenſis Franciam antiquam & novam explicare inſtituit*, priore *Franciam Anonymi Ravennatis Rhenenſem* intelligit; altera *Thuringiam* cis *Werram*, opera *Caroli M.* a iugo Saxonum liberatam & Francico regno adiunctam; nec aliam rationem ſolidam nominationis *Novae Franciae*, vel *Franconiae* quemquam redditurum eſſe ſibi perſuadet. Sed vel ex ipſa eius comparatione cum illa, quam ſtrictim expoſui, intelligentior quisque facile diiudicabit, utra propius ad veritatem accedat. Neque enim *Eccardianam* in mera poſitam coniectura pluribus excutere libet, ne longius extra inſtituti cancellos egredi videar.

* Fruſtra id quidem quaeras in *notitia villarum Pagi Spirenſis*, quam primum a *Marquardo Frebero* in parte *orig. Palat.* II, c. XV, p. 78 exhibitam, inde poſtea & *Lehmannus in Chron. Spir.* lib. IV, cap. IX, p. 255 & aliquot locis pleniorem *Paullini in comment. de Pagis antiquae praeſertim Germaniae* p. 202 repetit. Omiſſionis, ut opi-

Digitized by Google

& *Anvilla*, pro veteri Pagorum cum ſacris dioeceſibus co-
gna-

opinor, cauſſa eſt, quod nullum ipſis vetuſtatis occurrit monumentum, in quo id *Pago* inſertum *Spirenſi* nominatim legerint. At cum is ſacra cum dioeceſi ſua, a *Selza* amne, ut recte docent *B. Rhenanus*, *Zeilerus* & *Ichtershemius*, citati a *Schoepflino* in *Conſp. Alſat. illuſtr.* p. 2. n. (e) & nos infra docebimus ipſi, incipiens ad *Pagum Wormatienſem* & *Navenſem* uſque ſe extenderit, atque ex eis locis, quibus Pagus Spirenſis diſtinguitur, quorumque vix decima pars illa *Notitia*, ipſo fatente *Lehmanno*, continetur, non pauca *Anvillae* oppido omni ex parte vicina ſint & finitima: id certe non magis *Pago Spirenſi* excludendum eſt, atque *Godefridus*, *Abbas*, ſua eius recenſione, quam multo locupletiorem *L. IV Chron. Gotw. c. II*, *N.* CCCCXX. pag. 479 exhibet, *Trifelſam*, caſtrum, *ipſi Anvillae impoſitum*, excludendum duxit. Sed haec levia; gravius illud, nec a me, offerentibus ſeſe rebus, facile negligendum, quod illam Venerabilis Abbatis recenſionem nova quadam & feſtiva locorum copia augere contingit, idque beneficio, nunquam ſatis digne a me extollendo, viri, quem, ut ipſius dignitas poſceret, honoris cauſa libenter nominarem, niſi vererer, ne hoc officium meum parum probaturus eſſet, omni ingenii & humanitatis laude cumulatiſſimi. Ponam autem ſingula tum ex annorum ſerie, tum ex contextu verborum, quibus in diplomatibus commemorata exſtant; adiectis ſimul, quae ad ea hodie dignoſcenda pertinent.

Anno 982 confirmat *Otto III*, Imp. donationem *Eccleſiae Spirenſi* factam a *Conone*, Comite, ſuper Eccleſia ad *Steinwilri* & novalibus ad *Mundiveld* & *Vrekkenveld* in *Pago Spirikkewi*, & in Comitatu *Vurmacenſis Ottonis*. †

† *Prior vicus hodie* Steinweiler *vocatur*, *ac ditionis eſt* Palatinae ad Rhenum; *reliqui duo*, *hodie Minfeld* & *Freckenfeld* in *communitate iacent Guttenbergenſi*, veteri ac libera *Ducatus Bipontini* portione.

An. 1006 *Heinricus II* praedium *Lanzonis*, manumiſſi, in villis *Gliſenwilre*, *Hohenſtad* ac *Wolmodesheim*, ſitum in *Pago Spirichgowe*, in Comitatu *Wolframi*, donat Epiſcopo Spirenſi *Walthero*. †

†*Haec*

Digitized by Google

gnatione *, dioeceſi Epiſcopi Spirenſis adſcripta legitur **; nec dubium, quin conſtitutis, qui Pagis praeeſſent, Comitibus, co-

† *Haec forte* Wolbesheim, vicus *dit. Palat. non longe a Landavia: iſta, iam notata a* Godefrido, *ſed nullo citato diplomate; illa dit. Palat. bodie* Gleisweiler *pronunciatur.*

Anno 1046 *Henricus III* Imp. donat *Eccleſiae Spirenſi* quasdam villas *Pillungesbach* & *Luoch* in *Pago Spirichgowe*, in Comitatu *Hugonis*, Comitis, ſitas, ex haereditate aviae ſuae *Adelheit* iure haereditario ad ſe devolutas. †

† *Priori villae Oedipo coniectore opus eſt: altera bodie* Luch, *vicus tenuis in parvula dioeceſi, quae Electori Palatino Rheni ſubiecta dicitur* Landeck, *vel* Vallis Goſſersweiler, Goſſevilla, *ac tria millia paſſuum retro* Anvillam *occidentem verſus iacet.*

An. 1046 idem Imperator donat *Eccleſiae Spirenſi* quaedam praedia in villis *Nuſſdorf*, *Spirgeſcheid*, *Luderbach*, *Salunbach in Pago Spirechgowe*, in Comitatu *Hugonis*, Comitis, ſita cum ceteris adiacentibus villis in eodem Comitatu. †

† Nuſſdorf, *unus ex tribus vicis, quos* Landavium *in ſuo ipſius agro ſitos poſſidet: altera forte* Scheid, *qui vicus eiusdem & ſitus eſt & ditionis, cuius duo ſunt reliqui, qui bodie appellantur* Salmbach & Lauterbach, *atque Epiſcopo Spirenſi ſubiecti, inter fluvios* Luteram & Selzam, *in vicinia* Saletionis *poſiti cernuntur; id quod probe notandum, cum vicis illis nibil in finibus* Alſatiae Infer. *ſeptemtriones verſus ex vera Geographiae ratione deſignandis facile certius ſit firmiusque.*

An. 1057 *Henricus IV* Imp. donat praedium *Hergesheim* in *Pago Spirgowe*, in Comitatu *Hugonis*, Comitis, *Eccleſiae Spirenſi.* †

† Extat quidem apud *Godefridum*, ſed ſine diplomatis cuiusdam mentione.

* Vide de ea quoque *Lebm.* Lib. II, c. XVIII, p. 74, col. 2.

** Nominatim in diplomatibus duobus, quorum exempla infra, ubi de oppidi templis agendi erit locus, daturi ſumus, *Anwilre, Spirenſis dioeceſis.*

*** Id

comitatui curiaeque *Comitis Spirenſis* contributum fuerit. ***

In eam autem *Pagi Spirenſis* partem, quae ad occidentem vergit, atque ipſum noſtrum oppidum continet, cum ſe porrigat montoſus ille atque olim ſaltuoſus maxime tractus, qui e celeberrimo vaſtiſſimoque monte *Vogeſo*, vel *Voſago* * ab

*** Id quidem, tametſi aliquo mediae aetatis monumento firmare minus liceat, recte tamen colligitur ex quibusdam locis, quae *Anvillae* vicina ei Comitatui adſcripta leguntur; qualis eſt, quem ante in recenſionem *Pagi Spirenſis* addidimus, vicus *Luch.*

* Eum non minus litterate, quam diligenter deſcripſit *Schoepflinus in Conſpectu Alſat. illuſtr.* p. 4 & ſeqq. *Freherus* autem in *orig. Palat.* part. II, CXII, p. 54, ubi *Woſagum ſilvam* perluſtrare inſtituit, *minime aſſentitur illis*, *qui* Vogeſum *montem & Voſagum ſaltum pro eodem accipiunt*, *quae ſunt diverſiſſima.* At quo minus viri litteratiſſimi diſſenſionem probem, facit non unus e ſcriptoribus mediorum temporum; quippe a quibus utrumque pro uno & eodem non raro acceptum eſſe reperio: ita ut, quam ſilvam *Voſagum*, nominavere, eandem quoque *Vogeſum* nominarint & *Voſegum*; quod ultimum vocabulum a priore, quod *Iulii Caeſaris* eſt & *Lucani*, non diverſum, niſi tranſpoſitis mediis illius conſonantibus, a *Graeco* Caeſaris *Interprete* itidem de monte uſurpatum eſſe conſtat. Teſtis vero promiſcuae huius & appellationis & ſignificationis *Auctor anonymus de geſtis Pipini*, *Caroli M.* & *Ludovici Pii* ad annum DCCCV. p. 57 ubi ita ſcribit: *Carolus inde regreſſus in* Vogeſum ſilvam *ad patrem venit in loco*, *qui dicitur Camp*; ſimiliter ad annos DCCCXVII & DCCCXXI. pp. 66 & 69; *VVarmannus* item in *vita Pirminii* c. XII his verbis: *Inter plurima denique*, *quae liberali animo depromſerat* (Wernherus) *obtulit quoque maximos limites*, *in ſaltu*, *qui* Vogeſus *dicitur*, *in quo villa extat*, *habens vocabulum* Pyrminiſhun; & *Chronographus Saxo* in *Leibnitii Acceſſionibus hiſtoricis* ad an. pariter DCCCV. p. 131. *Imperator* (Carolus) . . . mi-

Digitized by Google

ab *Alſatia* decurrens *Pagus* vocatur *Voſagenſis*, vulgo *Vaſgovia*; non minus recte a quibusdam in eo ponitur *Anvilla* *, quam

---

miſit Carolum *filium ſuum* in *Bohaemiam*, *qui . . . inde regreſſus ad patrem in* Voſego *ſilva venatui ſtudentem invenit:* quae verba repetuntur in *Chronicis regiis* S. Pantaleonis p. 856 *collect. Eccard.*

* Notitiam veteris huius pagi maxime aperiunt viri omnis antiquitatis mediae litteratius periti, *Freberus*, L. c. *Hadr. Valeſius*, *Notit. Gall.* ad vocem *Voſagus* p. 622, *Godefridus*, *Abbas*, *Chron. Gotw.* parte altera L. IV, c. II, N. CCCCLXXXI, p. 835 & ſeqq. ubi is inſigniora eius loca, vetuſtis commemorata monumentis, ita recenſet, ut variis & diverſis ex hac ipſa, quam meditor, animadverſione ſuppleri queant; denique *Schoepflinus* in *Alſat. illuſtr.* Conſp. §. XII, p. 8, & in ipſo opere p. 644. In eis autem cum primus L. c. p. 55, loco, quem citat, *Gregorii Turonenſis* perperam intellecto, *Vaſgoviam Francis olim latine* pagum *non quidem* Voſagenſem, *ſed*, quo nomine quidam a *Frodoardo* commemoratur, *Vozenſem*, vel *Vonzenſem* nominatam eſſe ſtatuat, atque adeo duos pagos & ſitu & appellatione maxime diverſos in unum confundat, ſicut intelligi licet ex eis, quae *Valeſius* L. c. & *Paullinius comment. de pagis Germ.* p. 235 de *Vonzenſi* diſputant: tanto quidem rectius cenſet tertius, illum minime audiendum eſſe, quando liquidius confirmari poteſt, *Vaſgoviam* a *Francis* latine non modo *Pagum Voſagenſem* appellatam eſſe, ſed & *Pagum Voſagum*; immo etiam ſimpliciter *Vogaſum*. Quod ne temere dixiſſe videamur, libet unamquamque earum appellationum inſigniori quodam diplomate firmare. Ac primam quidem eo, quod a *Meuriſſeo hiſtoriae Epiſcoporum Metenſium* p. 314 inſertum *Otto I*, Imperator an. 960 dedit, ut coenobii, quod infra muros *Metarum* exſtructum initio *Maius* (Marmontier) poſtea *S. Petri Monaſterium* dici coepit, ſtatum fortunasque confirmaret. Sic enim in eo legitur; *In Comitatu Voſagienſi Frageſivillare* (quo loco *Patrickius*, vir ſummus, vicum inferioris Alſatiae, *Froeſchweiler*, notari, ſatis belle

 con-

quam ab aliis in *Weſtraſia*, regione Germaniae Cisrhenanae

coniicit.) *& Everonis villam, ſed & Eccleſias totius Abbatiae.* Quis vero nunc *Vaſgoviam* latine & *Pagum Voſagenſem* a Francis appellatam eſſe neget? cum hic ipſe Comitatus pagum cognominem re vera extitiſſe oſtendat. Altera vero appellatio in tabula *Codicis Palatini* a *Tolnero* editi XLIV, qua *Conradus* III, Imp. *coenobii* in monte *S. Remigii* ſtatuti poſſeſſiones an. 1138 ratas poſterisque teſtatas eſſe voluit, diſerte his verbis comprobatur; *Nos itaque* - - - - Monaſterio S. Remigii - - - - *confirmamus* - - *in* Pago Voſago *Coſlam*, (hodie Cuſſel) *cum omnibus appendiciis ſuis, id eſt, Becbehem, Glana, Capella, Pettem, Cembach atque montes S. Remigii.* Tertia denique, priori utraque antiquior, atque una tantum vocali media *e* in *a* mutata ab ipſa veteri, qua montem proprie *Caeſar* & *Lucanus* ſignarunt, diſcrepans, in egregia illa *Caroli Craſſi*, Imp. tabula, quam *V. F. de Gudenus*, vir honore ac nomine illuſtriſſimus, abſono quidem ab eius argumento fundationis titulo inſcriptam, altera ſtatim & tertia *tomi I, cod. dipl.* pagina edidit, de *Spirenſi Vaſgoviae* tractu maxime adhibetur; & quidem his ſubiecta verbis; *Augmentamus ad praeſcriptum locum nonam partem de omni conlaboratu ex noſtris indominicatis villis* Franconofurt *& quidquid pertinet ad* Vuormacia *& ex parte VOGASI.* Nequeo tamen diffiteri, nutare me in hac nova appellatione. Nam quod non vidi ſolum, ſed attentius etiam legi eiusdem tabulae exemplum, a *G. C. Ioanne*, exquiſitae doctrinae ac mirae in tractandis nitideque deſcribendis eiusmodi veterum litterarum monumentis accurationis viro, correctius, ſicut ipſe diſerte teſtatur, pleniusque, haud dubie ex autographo, cum ipſum etiam Imperatoris monogramma adpinxerit, tranſcriptum: in eo, omiſſis verbis *ex parte*, non *Vogaſi*, ſed *Vuoſagi*, quae ſcriptura appellatioque alioqui medii aevi ſcriptoribus propria eſt, ſcriptum exſtat. Verum de hac diſcrepantia videant, quibus primi exemplaris, quod *Francofurti* in aede *D. Bartholomaei* adſervatur, inſpiciendi copia erit. Ceterum omnis *Vaſgovia* (libet enim eam paullo propius intueri) ratione ſitus com-

Digitized by Google

nae uti quondam ampliſſima, ita hodie tam exiguis circum- . ſcripta

---

commode dividi poteſt in partes tres; primo in *transmontanam*, ſive *Lotbaringicam*; deinde in *cismontanam*, ſive *Alſaticam*, quae ab *Alberto Argentinenſi* p. 108 *edit. Urſtis.* novo *Weſtaugiae* nomine inſignita videtur; tum in eam, quae a finibus *Alſatiae* & ſiniſtrorſus & dextrorſus verſus occidentem & ſeptemtriones excurrit, ac maximam partem Imperio Germanico ſubiecta eſt. Atque hunc ipſum tractum tertium eum omnino eſſe arbitror, quem non ſolum in charta, quam *I. Seob. Fabricius* in diſſert. de *Lutrea Caeſarea*, manuſcriptam citat, ſed etiam in *Antiquitatibus Palatinis* a *Beyrlino* quodam collectis, atque in *monumenta pietatis & litt.* quae *Miegius*, magni nominis Theologus, edidit, additis non inepte in *ſuperiorem* & *inferiorem* diviſum videas. Licet enim utraeque commenticiis fabulis quam plurimis refertae ſint; tamen eius generis ſcripta in recentiori Geographia non plane nullius & uſus & auctoritatis eſſe cenſentur. Ac *ſuperioris* quidem, quae ſiniſtrorſus occidentem verſus ſe flectens liberas Imperii terras, *Luzelſteinenſes*, *Bipontinas* conterminasque maxime complectitur, fit mentio in cit. *Antiquitt.* p. 257 & ſeqq. *Inferior* autem dextrorſus a *Weiſſenburgo* per montana *Pagi Spirenſis* in *Navenſem* pagum ad iuga uſque *Hunnorum*, vulgo *Hunſruck* excurrens ac diverſas maiorum & minorum gentium terras poſſeſſionesque continens commemoratur pariter in illis *Antiquitatibus* p. 259. At ne quis me huius fines occidentem verſus iuſto longius protuliſſe putet; praeſertim cum is apud Ampliſſimum *Schoepflinum*, locis ſupra citatis, primum *Sorna* & *Spirbaco*, deinde *Matra* & *Queicha* duntaxat terminetur, en praeter illud *Conradi* Imp. paullo ante a nobis allatum, diplomata, quibus probentur, duo ex *Schannati Cod. Probationum Hiſtor. Worm.* quorum altero p. 18, n. XIX, quod *Ottonis* eſt Imp. *Baſilica* Niuunchiricha *poſita dicitur in Pago* Nahgowe, *in* Foraſto *noſtro* Vualago *nominato*, *in Comitatu Cuonradi*; altero eiusdem Imp. p. 20, n. XXIII *quaedam pars ſilvae prope* Chevilunbache *in loco*, *qui dicitur* Niuunchiricha *in Pago* Nahgowe, *in* Fo-

 raſto

ſcripta finibus, ut a nonnullis una paene *Vaſgovia* defi-

---

raſto *noſtro* Vuaſago *nominato, in Comitatu* Ottonis, *filii* Cuonradi *Ducis* itidem iacere perhibetur. Duo autem iſta loca *Niuunchiricha* & *Chevilunbach* vix alia eſſe coniicio, quam quae hodie vocantur *Neukirchen* & *Schwedelbach*, vici ditionis *Lauterecceuſis Palatinae*, e regione *Coenobii S. Remigii* non ita longe a dextra *Glani* ripa poſiti. Aliis quidem videntur eſſe vici, capiti *Navae* vicini, *Neukirchen* &, qui infra hunc iacet, *Selbach*. Sed ultimus quidem minus prope ad nomen *Chevilunbache* accedit.

Exiſtunt autem hoc loco quaeſtiones, quemnam maxime tractum & *Comitatus* ille Ottonis Imp. *Voſagienſis* & *Pagus Voſagus* Imp. Conradi complexus ſit? num penes priorem praeſertim *Vaſgoviae* utriusque, aut ſuperioris tantum regimen fuerit; aut num is, ſicut ſuſpicor, totus fuerit transmontanus? ſed ego longius iam provectus, illas ſingulas, ſatis obſcuras atque implicatas, me peritioribus enodandas libens relinquo. Crediderim tamen, ut hoc addam, inferiorem maxime *Vaſgoviam* ex diverſis ſuis partibus proxime cuique adiacenti pago & dioeceſi acceſſiſſe, ac potius ſimpliciter pro regione habendam eſſe, quam pro eo tractu, cui pro veteri pagorum conſtitutione, vel *Dux*, vel *Comes*, aut, qui rerum ſacrarum regimen teneret, *Epiſcopus* praefuerit. Neque enim adhuc talem quemquam in ſcriptoribus aevi, quod vocant medium, indagare mihi licuit. *Otto* quidem Imp. *Conradi Salici*, avus, qui ex ſede ſua *Wormatienſis* appellatur, in diplomatis, coenobio *S Lamberti*, dioeceſis Spirenſis, dati initio, quatenus id ex verſione germ. *Struvius* in *Syntagmate Iuris publ. diſs*. VIII. ſub § V, p. 147 citat, *Dux Vaſgoviae*, *Hertzog von Waſgau* nominatur. Sed is quidem hoc loco imaginarius eſt, ac forte ſuppoſitus a viro alioqui integerrimo atque eruditiſſimo, ut opinioni de titulo Principum *DEI gratia* ex ſaeculo X repetendo ſubſerviret. Erat enim *Otto*, teſte *Dithmaro reſtituto* L. V. p. 370, *Dux Carrentorum* & *Veronenſium Comes*, &, quod caput eſt, nullum iſtius tituli veſtigium exſtat, neque in parte diplomatis prima a *Guillimanno*

Digitized by Google

definiatur. *

Iam ſicut utriusvis nobilior atque eminentior portio eſt *In-*

manno ſyntagm. de vera origine & ſtemmate Conr. II. Imp. p. 12 exhibita, neque in illius verſione Germanica, quam *Philippus Simon hiſtoriae* ſuae *Epiſcoporum Spireuſium* germanice conſcriptae p. 30 inſeruit. Sed hui! dices lector, quam diu de *Vaſgovia*? Ergo ut concludam, addo, quod unum ſupereſt, *Anvillam* in ea nominatim poni a *Munſtero*, *Coſmogr. L. III*, p 463 edit. lat. & a *Mariano Urſenſone* in parvae molis libello, quem inſcripſit *Elſaſs und Breyſzgau* cet. p. 106 his verbis; *Anweil iſt ein Staedlein in dem Waſgau, an der Queich gelegen, mehr als eine meil wegs oberhalb Landau.*

* *De Weſtraſia*, cuius primis montibus *Anvillam* incluſam eſſe ait *Philippus Pareus* loco, quem mox proferemus, vide, ſi libet, *I. Ph. Crollii* commentationem ante aliquot annos editam; quippe qua paullo ſtudioſius in eum tractum inquiritur. Sunt tamen, quae pro re nata adiiciam. Ac primo quidem, nomen eius vernaculum, *Weſtrich*, iam ſaeculo decimo viguiſſe, nec dubium, quin multo ante. Id enim vel inde colligas, quod a *Witichindo*, monacho *Corbeieuſi*, *Annalium*, quibus res geſtas *Henrici I & Ottonis M. Impp.* 980 circiter annum expoſuit, *lib. II*, in fine *pag.* 647 & initio ſeq. collect. *Meibom.* latine, *Regnum occidentale*, vertitur. Verba autem Chronographi haec ſunt. *Nec contenti* (Giſelbertus & Eberhardus, ille Dux Lotharingiae, hic Franciae orientalis) *regno occidentali ſolummodo*, *in Rheni orientalem agrum depopulandum cum exercitu demerguntur*. Eandem vero regionem *Weſtraſiae* & *Weſtraviae* & *Vaſti regni* appellatione inſigniri, uti iam in iſta commentatione p. 3 & 20 notatum exſtat; ita utramque monumentis medii aevi, paullo quidem recentioribus, confirmari licet. Prior enim in *Chronico Spirenſi Iohannis de Mutterſtatt*, quod primum ab *Eccardo* in *tomo Corporis hiſtorici medii aevi* II, p. 2258 ſine auctoris nomine editum, Illuſtriſſimus *Senckenbergius* tomo VI *Selectorum iuris & hiſtoriarum* p. 149 ab *Eccardiano* exemplari multis locis diverſum denuo exhibuit, p. 150

 bis

Inclitus Ducatus Bipontinus, ad eumque iam abhinc amplius an-

---

bis hoc verborum contextu uſurpata occurrit; *Carolus Martellus Friſones*, *Burgundiones*, Weſtraviam, *Lotbringiam debellando ſubiugavit*: & paullo poſt; *Pipinus - - - reſedit in* Weſtravia *in Caſtello Kayſerslauttern curtem & palatium ibi tenendo.* Iam altera appellatione uſus eſt *Herculanus*, *Canonicus S. Deodati*, in *biſtoria de antiqq. vallis Galileae*, quam *Car. Lud. Hugo*, Abbas Stivagii, *ſacrae Antiqq. monumentis*, p. 171 adiunxit. Ita autem ille p. 172; *Mons Voſagus ſeparans Lotbaringiam*, & Vaſtum regnum *a Germania Cis-Rbenana*; pagina item inſeq. *Sal candidum in* Vaſto regno *conficitur.* Et paullo poſt p. 174; *Valderpbingam*, *quod oppidum in* Vaſto regno *ſitum eſt ad ripam Sarae*; p. denique 175; *Euſtaſii reliquiae boc tempore apud Vergavillam* Vaſti regni *pagum repoſitae ſunt.* Putat quidem eruditiſſimus Abbas in fine notae, qua ultimum locum illuſtrat, *Herculanum* in *Vaſto* ſuo *regno* ſpectare vetus *Auſtraſiae* regnum, cuius primaria olim urbs fuit *Mediomatrix*. Verum ſi quid ego hic intelligo, putem potius, ſpectari ab eo *Weſtraſiam*, ſive *Weſtricbiam*, ac nominatim eum illius tractum, qui praefectura Lotharingica, Gallice dicta, *Baillage de Vaudrevange*, ou *Allemand*, ceteriſque confinibus ditionis item Lotharingicae terris comprehenditur. Neque enim video, quare is in tam anguſto tractu ſignando ad vaſtum illud, tot iam ſaeculis una cum nomine ſuo ad interitum redactum, *Auſtraſiae* regnum attenderit, eumque adeo a *Germania Cisrbenana*, regno iſti pariter quondam obnoxia, diſterminarit; nec illam potius, quam dixi, *Weſtraſiae* e veteri regno Lotharingico enatae partem reſpexerit. In ea enim & ipſum *Weſtricbiae* nomen una cum Germanica lingua, cui id proprium eſt, etiamnum viget; &, quae eidem *Herculanus* adnumerat loca, *ſalinas decem pagorum* (hodie *Dieuze*) *Vergavillam* & *Valderfingam*, poſita ſunt. Unde coniectura haud quaquam, ut arbitror, inepta ducor ad exiſtimandum, iſtud adiectivum *Vaſtum* corrupte ipſam priorem vocis *Weſtricbiae* ſyllabam ſonare, eamque littera *a* pinguius expreſſam, atque in modum adiectivi terminatam ap-

Digitized by Google

annis trecentis & quinquaginta acceſſit *Anvilla*; ita in extremis illius finibus, quibus *Praefectura*, cui proprie attributa eſt, *Tabernaemontana* ad ſeptemtriones terminatur, inter altiora

---

appellativo nomini regno acceſſiſſe. Quibus autem Dominis ea regio olim paruerit, & quaenam in eam referendae ſint terrae, facile colligere licet tum ex *Witichindi* loco antea tranſcripto, tum, quod ad ſtatum eius recentiorem attinet, ex publicis litteris, quas *Herzogius* in *Chron. Alſat* lib. II, c. XLIV, p. 73 germanice ita inſcriptas edidit; *Bundtbrieff der* Weſterreicher *Herrn;* id eſt, *tabula foederis Dominorum* Weſtraſianorum. Erravit vero in anno, quem adſcripſit. Neque enim datae ſunt nono & *octogeſimo* ſaeculi decimi quarti, ſed, ut nos haud gravate docuit Ampliſſimus *Patrickius*, quo haud facile ad eius generis errores notandos corrigendosque acutior quisquam eſt callidiorque, nono & *quinquageſimo*; quippe quo principes foederis illius Weſtraſiani ſocii, *Ademarus* & *Ioannes*, ille Metenſis, hic Argentoratenſis Epiſcopus, adhuc vixere; priori contra pridem obierant. Adde his litteris ex Wenckeri *de iure torneam. nobilium civium Argent, opuſculo*, quod in *Illuſtriſſimi Senckenbergii faſciculo Meditationum ius publ. priv. & hiſt. concernentium* IV, p. 680 exſtat, enumerationem Comitum Equitum & nobilium, qui poſſeſſiones in We*ſtraſia* habentes in ludis equeſtribus, Argentorati an. 1390 celebratis, interfuiſſe perhibentur.

Ceterum W*eſtraſiam* & *Vaſgoviam* vulgo pro una fere & eadem putari regione, iſtud indicio eſt, quod & prioris nomine, *teſtante Zeilero Topogr. Palat.* Rheni, p. 51. col. 1 a multis appellatur poſterior, & *I. Seob. Fabricio*, ſupra laudato, *Vaſgovia nova eadem propemodum eſt cum hodierno* W*eſtrich.* Neque aliter plerique eorum ſentiunt, qui hodie univerſalis Geographiae brevioribus compendiis diſcendae viam monſtrant, quando utriusque loca ac terras vel alterutri, vel utrique ſimul promiſcue atque indiſtincte inſerunt; quod poſtremum quidem iam a *Ioanne Tritbemio* factum eſſe video. Is enim coenobia duo, *Tholegienſe* (Tholey) & *Hornbacenſe* in *Chron. Hir.*

Digitized by Google

tiora *Voſagi* iuga maxime quatuor, non longe a pede illius, quod ab oriente ſurgit, & parietinis *Trifelſae* conſpicuum germanice appellatur *der Haag*, * conſtituta apparet; & quidem in convalli, quae ex ipſo oppido *Anvillana* nominata, a vico *Wilgartswiſen* montes inter collesque & rupes procurrit, &, ubi ex illis prope *Abertivillam Landaviam* verſus explicari coepit, aditum in ampliſſimam illam ac vini maxime fera-

---

Hirſaug. tom. I, p. 152 primum in *Voſagaw*, dein p. 161 & 275 in *Weſtraſia* conſtructa eſſe tradit. Sed cum haec excutere, & longum eſſet & alienum inſtituto, dicam brevi, quod ſentio; *Weſtraſiam*, quantumvis hodie parva & *Vaſgoviae* aequalis videatur; hac tamen non minus pro hodierno, quam pro veteri ſuo ſpatio longius latiusque patere.

* Reliqua tria Germanica itidem lingua *Adelsberg*, vel ut alii pronunciant, *Adlersberg*, *Ebersberg*, *Rindsberg* appellantur. Primum articulis duobus, maiore & minore, aquiloni obiectum eſt; alterum ad meridiem aſſurgit; tertium ad occaſum. Accidit autem, quod impenſius laetor, ut quos hactenus verbis tantum notavi montes, eos, ſicut ſuo quisque loco cum interiectis collibus rupibusque ſurgit, oculis pariter huiusmodi rerum curioſi cernere poſſint; excepto tamen, qui minus in delineantis pro ratione loci, quem ceperat, conſpectu fuit, monte *Rindsberg*. Dedit enim hoc nobis, quod grata memoria ſemper proſecuturi ſumus, *Iac. Frid. Le Clerc*, vir politiſſimus, ut, qua eſt commodandi liberaliori voluntate, & non gravate, & gratuito totum illum, quo nihil ad ſpeciem eſt pulchrius, montoſum tractum *Anvillanum* tabula, orationi adiuncta, accuratius adumbraret, eoque efficeret, ut noſtra haec per ſe tenuis commentatio ornatior, ipſa *Anvilla* conſpectior, &, quae de illius ſitu diximus, formaque poſtea dicturi ſumus, quaſi in bono lumine collocata appareant. Atque utinam ceteris quoque inſignioribus *Ducatus Bipontini* locis contingat, ut ſub manum viri, graphidis valde periti, ſubeant atque ſuccedant.

Digitized by Google

feracem regionem, terras quae complectitur *Palatinas Rheni, Spirenſes*, *agrumque Landavienſem* aperit. * Atque ita ſita fruitur quidem inter alias commoditates etiam ea, quae ad facultates rerum atque copias parandas plurimum valet, ac facili negotiandi ratione continetur. Eſt enim vicina non paucis, quibus ille tractus diſtinguitur urbibus, eisque tum claris, tum maximam partem ſat florentibus: ut primum ibi, ubi ſol ab ortu commeat, *Landaviae*, liberae quondam *Imperii Germanici* civitati, nunc urbi *Gallorum* munitiſſimae, libe-

* Aliis quidem coloribus, non tamen a noſtris re ipſa diverſis, *Anvillae* ſitum depinxit *Philippus* Pareus, vir eo, quo vixit tempore, longe litteratiſſimus in *Narrat. hiſt. de curriculo vitae & obitu parentis Davidis*, quam huius *operibus theol. exeg. tom. I, part. alt.* praemiſit, *plag.* 11, *pag.* 2, ubi parentem metu periculorum, quae is ſibi, ſtrenuo Evangelicae veritatis propugnatori, poſt regnum Bohemiae *a Frid. V*, Septemviro, haudquaquam proſpere ſuſceptum, imminere ipſe praeſagiverat, *Anvillam* ſeceſſiſſe his verbis commemorat; *Patmus erat* Anvilia (*forte* Anvilla, *ut infra*) *oppidum* Bipontinatus Palatini, *quo ſextum diem pervenit. Situm eſt alterum a* Landoa, *civitate Imperiali, lapidem, occidentem verſus, intra primos* Weſtriae *montes, duobus potiſſimum aditibus acceſſa*; *quorum unus auſtrum verſus anguſtior per iuga nemoroſa ad* Neopyrgum, *excelſo monte conſpicuum, vulgo* Neucaſtel, Novum Caſtellum, *quondam a* Dagoberto, *conditore* Dagoburgum *nuncupatum*: *alter ad* Francovillam per Albertivillam & Heimbacum *magis diductus, planus & frequentatus: quippe ita montibus cinctum eſt oppidum, ut tamen, iisdem ortum aequinoctialem verſus ſenſim recedentibus, amoena planities, cui illud eſt impoſitum, inde in ſubiectam* Waſgoiam *uſque ſeſe extendat, perque eam mediam* Queicha *fluviolus* Landoam *egreſſus, infra* Germershemium *Rheno miſceatur.*

liberis eiuſdem *Imperii* terris undique cinctae; * *Neapoli Nemetum*, ſive *Neuſtadio ad Hartam*; *Germersbemio*, *Spirae*, vetuſtiſſimae nobiliſſimaeque civitati Imperiali, *Manbemio*, ſplendidiſſimae Electoris Comitisque Palatini ad Rhenum ſedi; deinde ad occaſum, *Gemino* noſtro *ponti*; tum ad meridiem *Tabernismontanis* & *Weiſſenburgo ad Rhenum*; poſtremo ad ſeptemtriones verſus *Lutreae Caeſareae*, *Spirgoviae*, ut de ea prae-

---

* *Palatinis* ſcilicet *ad Rhenum*, teſtante inter tot alios Geographos, eosque Francos, *Baudrando*, facile eorum principe, in *Geogr. ordine litterarum diſpoſita* his verbis; *Landavia*, *urbs parva Germaniae*, *in* Alſatia inferiori, (ratione ſcilicet, ut hoc inſeram, dominii) *& in* Vaſgovia *regione ad montis* Vogeſi *radices*, *& iuxta amnem* Queicham (Queich) *intra fines* Palatinatus Rheni *ſedet in planitie*, *eſtque imperialis & libera*, *ſed pendet ab* Hagenoënſi praefectura ſ. Advocatia, *illaque ſubeſt dominio Regis Francorum pace* Weſtphalica. Idem vero confirmant meliores quique tabularum Geographicarum auctores, ut ex ipſis itidem Francis *Sanſonius*, Geographus Regius, in tabula, qua *Alſatiam ſuperiorem & inferiorem* una cum terris utrique contributis expreſſit, & ille, quisquis eſt, cuius induſtriae debemus illam grandiorem, quae regiones inter *Rhenum*, *Saram*, *Moſellam* & *Alſatiam Inferiorem* iacentes exhibet, curaque *P. Mortierii* accurate ſane & diligenter, ſi a locorum nominibus, mendoſius plerumque expreſſis, diſceſſeris, deſcripta prodiit. Etenim uterque *Landavium*, eiusque territorium punctis incluſit, atque ita incluſum ac ſimul *praefecturae Hagenoënſi* adſcriptum a terris, quae *Comitum* ſunt *Palatinorum Rheni*, illud inter & *Alſatiam* poſitis ſeparant, eoque apertius declarant, id non in huius parte inferiori proprie ſitum, ſed ei tantum contributum eſſe; religioſiores hoc in genere ſe praebentes, quam *Laguillius*, qui in tabula Geographica *Hiſtoriae* ſuae *Alſatiae* praefixa totum illum terrarum, quas modo notavi, tractum, nullius imperio praeterquam *Caeſaris* ſubiectum, verbis, *autrefois du*

Digitized by Google

praedicat vir quidam clarus & litteratus, * totius ianuae limitique & *Waſgoviae* metropoli. ** Verum tamen iſtud *Anvillae*

---

du Palatinat, id eſt, *Palatinae quondam ditionis* inſcribere non dubitavit; quaſi vero non amplius illorum ſub nutu atque arbitrio eſſet, ſed, quod Deus averruncet! ſub alieno.

* *Io. Scob. Fabricius* in *diſſert. hiſt. polit.* de *Lutrea Caes. ſect. II. pag.* 11.

** Ne quid omittam, cuius ſimile in ceteris orationibus notatum exſtat, notabo menſuras intervallorum, quibus *Anvilla* ab unaquaque illarum urbium disiuncta eſt; praeſertim cum in eis accuratius notandis *Pareum*, l. c. *Cornelium*, Geographum Gallum, infra citandum, & *Laguillium* p. 200 *Hiſt. Alſat.* Gallico conſcriptae ſermone erraſſe videam. Ille enim more Romanorum lapidibus, hi leucis, ut loquuntur Franci, *Anvillae* & *Landavii* intervallum metientes, quatuor tantum mille paſſus computant. At rectius auctores libri, qui, curante *Hübnero*, patre, titulo *Reales-Staats-Zeitungs-und Converſations Lexicon*, in vulgus editus eſt, pag. 69. *ANVVEILER*, *Pfaltz-Graefliches Zweybrückiſches Staedtgen*, anderthalbe meile von Landau *am fluſſe Queich.* Iam ut ad cetera oppida pergam, diſtat a *Tabernis montanis* tot, quot a *Landavia*, nempe millia paſſuum ſex, a *Neoſtadio* & *Weiſſenburgo* M. P. XII, a *Germersbemio* & *Lutrea Caeſarea* M. P. XVI, *a Spira*, M. P. XVIII, a *Manhemio* & *Biponto* M. P. XXIV. Ceterum non ab re erit, ſubiungere hic nonnulla, quae *Anvillae* maxime vicina ſunt, minorum gentium loca. Neque enim deſunt, qui talium quoque, pro re nata, eam habere rationem cupiant, ut illorum ſaltem nomina, in tabulis geographicis mendoſe plerumque exſcripta, ad veram pronunciationis ac ſcripturae rationem revocentur. Sunt autem fere haec: ad occidentem verſus *Sarnſtal*, vicus ditionis *Bipontinae*, de quo plura dicendi infra locus erit; ad meridiem *Wernersberg*, vicus ditionis *Leianae*, qui ab oppido abeſt millia paſſuum duo; *Bindersbach*, vicus dit. *Loewenſteinenſis* M. paſs. *Waldbambach*, dit. *Spirenſis* M. P. II *Leinsweiler*, unde Euronotus ſpirat,

villae ex hoc ipſo, quo eſt ſitu, admodum grave ac moleſtum accidit, quod via militaris ex *Lotharingia* per ipſius territorium

ſpirat, vicus dit. *Bip.* ciↄ paſs. Ad orientem *Queichbhambach*, eiusdem dit. ac totidem paſs. *Albersweiler*, amplus vicus, ex una parte dit. *Bip.* ex altera *Loewenſt.* ter mille paſs. & qui ab hoc duorum millium ſpatio diſtat, ac dit. eſt Bip. *Franconisvilla* (Franeweiler); *Graevenhauſen*;(ita enim & pronunciatur hodie & ſcribitur, non *Graeſenhus*, ut exſtat in *Chron. Gotw.* ſupra citato, ubi & eum locum antiquitus *Grazolfesbuſen* dictum eſſe aſſerit auctor) vicus Praefecturae *Germersbemenſis*, ex rubri vini, eiusque generoſioris, proventu nobilis; non confundendus cum loco cognomine ad *Spiram* amnem, in quo olim coenobium *S. Lamberto* dedicatum pia *Ottonis*, Ducis, liberalitate ſurrexit. Addo his Ciſtercienſis diſciplinae & dioeceſis *Spirenſis* monaſterium, *Euſſerthal*, vel pro craſſiori pronunciandi ſcribendique ratione, qua prima huius nominis pars in diplomatibus medii temporis expreſſa legitur, *Uſſerſtale*, *Uſſerthal*, & apud Trithemium *Uſerſthal*, latine *Uterina*, vel ut in tabulis antiquis & a Bucelino in Germ. ſacr. p. 301 contractius ſcribitur *Utrina vallis*. Id enim *Bruzenus*, l. c. iuxta *Anvillam* poſitum, & in capite *Euſſerthal* aliquot horarum intervallis ab ea diſiunctum eſſe tradit: at rectius *Zeylerus Topogr. Palat. Rhen.* p. 12 *nabend der Stadt*, quod male intellectum a *Bruzeno* ſonat non iuxta, *aupres*, ſed *in vicinia*, *non procul*. Diſtat autem ab oppido ter mille paſſus, ſitum in *extrema* quadam *valle*; unde & nomen natum putat *Zeylerus*; quod quidem a *Legipontio* in *Monaſtico Mogunt.* p. 41 *Extrema*, inepte vero, *Ultrina vallis* vertitur. Ceterum ut aliquid de eo adiungam, quod noſſe magis iuvet, non anno 1149, ſicut plerique tradunt recentioris aetatis ſcriptores, ſed quadrageſimo eiusdem ſaeculi octavo id a *Stephano*, Dynaſta *Merlbemii*, &, quae ei iungi ſolet, *Iuta*, conditum eſſe, haec fortaſſis nondum edita lapidis muro chori (ea enim pars templi, iniuria temporis iam pridem collapſi, ſola etiamnum ſtat, rebusque divinis faciendis apta ſervatur) iuxta ſuggeſtum incluſi, ac

um ac praeter inferiorem oppidi portam directa usque ad *Landaviam* patet. Inde enim duplex in oppidanos redundat incommodum: unum, quod poſitum eſt in perpetua illius viae

---

ac duobus manuum ſibi invicem innexarum paribus ſignati inſcriptio docet;

Arma dñi Steffani
ſtrēnui ac nobil' milit^c
de merlhem qui fund^r
hoc monaſterium Anno
1148.

Addo & nominis illuſtrandi gratia verſus ſaxo ſupra ianuam turris rotundae, unde aſcenſus erat ad Abbatis domicilium, inſculptos.

1561.

HAS QVICVNQVE RECENS EXSTRVCTAS CONSPICIS AEDES,
MARTINI ABBATIS SEDVLA CVRA DEDIT.
FLORIDA PRAESIDE EO EST VTERO CELEBERRIMA VALLIS,
ET CVM MAGNIFICIS LAVDIBVS VSQVE VIGET.

Inſignitur autem hodie titulo Praepoſiturae (*Probſtey*) eique etiamnunc e divite, quo olim auctum fuit, cenſu undecim millia florenorum, quindecim plauſtra vini, mille modii frumenti, centum & octo hordei, mille & tres ſpeltae ac totidem modii avenae quotannis redeunt; qui tamen reditus in partes tres ita diſtributi ſunt, ut una Abbati, ſive Praepoſito; altera *Collegio*, quod bona ſacra, Catholicis attributa, Heidelbergae adminiſtrat; tertia ipſi coenobio ſuſtentando cedat. Ei autem hoc tempore titulo *Praepoſiti* ornatus praeeſt Jo-

Digitized by Google

viae non ſine multo labore & ſumtu muniendae neceſſitate; alterum, quod cum alias, tum maxime, ubi in hac cisrhenana *Germaniae* ora bellicum cani coepit, a militum haud facile unquam ſine maleficio & iniuria, vel tranſeuntium, vel ipſum oppidum, ſi ita belli ratio poſtulat, inſidentium turba accipitur.

Nolite vero, *Auditores*, quae hactenus de ſitu *Anvillae* geographico paulo uberius atque fuſius diſputavi, argutioris cuiusdam ac ſupervacaneae ſedulitatis condemnare. Valent enim, nec parum neceſſaria ſunt ad refellendos quosdam e recentioribus Geographis Francis; quorum alii oppidum noſtrum, neſcio utrum imprudentia, an conſulto & de induſtria in *Inferiorem*, unde ſatis longe abeſt, *Alſatiam* compingunt; * alii, leviore ducti errore, id Electorali ad Rhenum Pa-

Io. Wilhelmus, ex veterrima atque illuſtriſſima *Liberorum Baronum* de *Sickingen* familia natus, Cubiculi Electoris Palatini Magiſter, venerabili Canonicorum, qui a maiore *Baſilica Herbipolenſi* denominantur, Collegio adſcriptus *Cuſtos capitularis*, ſummusque praefecturae *Lutreae Caeſareae* Praefectus. Denique quod ad ipſas monaſterii aedes attinet, pridem eae, variis temporum iniuriis labefactae, ruere coeperunt: ita ut ab uno tantum ſacerdote incolantur; ſacrum vero ordinis Collegium, quod *capitulum* vocatur, *Arzhemii* ſe teneat, & *Merlhemii*, qui bona poſſeſſionesque coenobii procurat.

* Faciunt id inter alios viri e variis libris, quibus Geographiam illuſtrandam ſuſceperunt, ſatis nobiles & clari; *Lenglet du Frenoy*, *Laurent Echard*, & *Bruzen de la Martiniere*. Ac *prior* quidem in libri gallice conſcripti, quo diſcendae tractandaeque Geographiae viam tradit, tomo III, p. 150 & ſeq. ingrediens ad recenſenda oppida *Inferioris Alſatiae*, ab ipſa *Anvilla* his verbis incipit; *Et pour faire le detail des Villes* de la baſſe Alſace, *en les prenant par le Nord, on* trou-

Digitized by Google

Palatinatui quondam contributum in hoc ipſo poſitum eſſe tradunt; * quanquam quod ad priores convincendos attinet, unas pacis *Riſvicenſis* tabulas vel maxime ſufficere putem. Con-

trouve Anweiler, *place peu conſiderable.* In eandem ſententiam in libello, qui inſcribitur; *Dictionnaire Geographique portatif traduit de l'Anglois ſur la* 13 *edition de Laurent Echard par Mr. Voſgien, Chanoine de Vaucouleur*, ita loquitur alter: *ANWEILER, Anvelia, petite Ville de France, dans la* Baſſe Alſace *ſur la riviere de* Queich *au deſſous de Landau.* Tertius vero in vol. primo operis ſpiſſiſſimi, quod ſuperbo titulo *Grand Dictionnaire Geographique & Critique* exſtat, p. 160 non modo idem aſſerit, ſed reprehendit etiam propiores vero his verbis; *ANWEILER, Ville de France dans la* Baſſe Alſace, *& non pas dans le* Palatinat du Rhin, *comme le dit Mr.* Corneille *après Mr.* Maty, *qu'il cite.* Sed me his paginam ex parte compleſſe paene poenitet. Quid enim eius, cuius illi ſunt, generis ſcriptoribus magis proprium? quam ut aperte falſa, praeſertim in rebus exterarum gentium, identidem afferant: nec mirum. Sua enim maximam partem ſine diſcrimine undique hauriunt, ac ſic hauſta, nec iuſtis ponderibus examinata in libros, quos ſcribunt, temere coniiciunt; idque in primis a *Bruzeno* factum eſſe, fidem facient aliae, quas mox notabimus, graviores viri hallucinationes, tum in hoc ipſo capite de oppido noſtro, tum in eo, quo *Queicham* deſcripſit, obviae. Fons autem & caput erroris, quem hic maxime coarguimus, in eo potiſſimum eſt, quod nonnulli vel rerum imperiti, vel ſtudiis partium infecti fines *Alſatiae* usque ad rivum iſtum extendunt. Unde quicquid terrarum & locorum intra eundem *Lutarim*que & *Selzam* continetur, id omne in *Alſatiam* addunt, Sed de *Queicha* paulo poſt videbimus.

* In his ſunt, quos verbis modo citatis prodit *Bruzenus*, C. *Maty* & *Thomas Corneille*, qui illius operi pari operum laudatiorum genere proluſere. Ac poſterior priorem ſecutus, in *Dict.* ſuo *Geogr.* t. I, p. 149, ita ſcribit; *Anweil* ou *Anweiler, Bourg d'Allemagne* dans le *Palatinat du Rhin, en latin ANVELIA. Il eſt ſitué ſur la riviére de Queich*,

Conſtat enim inter omnes, quas *Ludovicus*, huius nominis in Gallorum Regibus quartus & decimus, famoſis illis *iudiciis recuperatoriis*, *Metis* & *Briſaci* inſtitutis, occuparat terras poſſeſſionesque Imperii, eas pace iſta tales ab ipſo redditas eſſe, quales in eius capite IV pro ratione ſitus diſerte definiuntur. Definiuntur autem ita, ut quae ſint extra *Alſatiam* poſitae. Iam in earum numero ſicuti loca erant omnia, quotquot in veteri *pago Spirenſi* iuris ditionisque ſunt Bipontinae, atque adeo in *Alſatia*, quamvis huic finitima & propinqua, nullo modo ſita cenſebantur, ita &, quae in eis proxima melioribus numeratur, *Anvilla.* *

Sed

Queich, 2 *lieuës au deſſous de Landau.* Maty Dict. de Holl. 1701. Utriusque vero errorem uti redarguit *Bruzenus*, ita eundem paulo poſt his levat verbis; *Je remarquerai pourtant ici, que Mr. Maty & Corneille ne ſont pas les ſeuls, qui donne Anweiler au Palatinat du Rhin, Zeyler relat. Topogr.* p. 11 *eſt dans le meme cas.* At fruſtra. Neque enim *Zeylerus Anvillam* diſerte, ſicut illi, *in Palatinatu Rhenenſi* ponit, ſed *oppidum* duntaxat *Palatinum* (*ein Pfaeltziſches Staedlein*) & in *libello de X Circulis Imp. Rom. Germ*, quem *Dicelius* ſub titulo, *Reichs Geographie*, denuo emiſit p. 234 *Electorale Palatinum* perinde nominat, ut paulo ante *Amoenoburgum* in Haſſia ſitum inferiori, *Moguntinum* locum eſſe dixerat. Unde auguror, *Anvillam* non ſitus, ſed veteris ditionis ratione (fuit enim olim, ut infra docebimus, Domus ſeptemviralis Palatinae poſſeſſio) ab eo oppidum *Electorale Palatinum* vocari; nec virum meminiſſe, id iam ſaeculo decimo quinto in ius poteſtatemque *Principum Bipontinorum* conceſſiſſe.

* Confer caput citatum cum eo, quod in Inſtrumento eiusdem pacis eſt VI, & adde ex tomo I *Sylloges negotiorum publicorum* a *Lunigio* editae ſcriptum n. CCLXII ad an. cIↃIↃCLXXX p. 675, *quo Rex Succiae per Gallicorum tribunalium, Metenſis & Briſacenſis, facta & attentata in Ducatum Bipontinum ſe gravatum declarat*, allatis ratio-

ni

Sed nec dum de ſitu abſolvi. Reſtat enim, ut, quo is ipſe ſit ingenio, paucis oſtendam, eoque magis, quod forte ſunt, quibus oppidum noſtrum, cum id montibus undique imminentibus cinctum, atque illa mediis temporibus tam inculta tamque ſilveſtri regione *Voſagenſi* * incluſam audiverint, loco

nibus, quae convincant, univerſas & ſingulas Ducatus partes extra omne Galliae imperium, omnemque *Alſatiae* limitem poſitas eſſe; nec omitte indicem locorum, quae Galli illa Ordinibus Imperii, Auguſtanae confeſſioni addictis, tam moleſta capitis IV clauſula comprehenſa volunt, a *Chamoio*, Legato Gallico, in *Comitiis Ratisbonenſibus* an. 1699 exhibitum, ac libello adiunctum, quem *Moſerus*, vir perilluſtris, ita inſcriptum edidit; *Vollſtaendiger bericht von der ſo berühmt*, *als fatalen* clauſula art. IV pacis Ryſvv. In eo enim ad n. 475, p. 17 *Anvilla*, quod probe animadvertendum, inter loca *Dioeceſis Spirenſis* a Rege Galliarum iuſtis & legitimis ſuis Dominis reſtituta, nominatim, atque hoc quidem titulo, parum convenienti, ſignata refertur; *Seigneurie d'Annweiler*, *rendüe au Roi de Suede*, *comme Duc des Deuxponts*; Annweiler, *ville*, *Sarſtall* (Sarnſtal) *village*; adeo ut ſic ad illam dioeceſin relata non poſſit referri ad *Alſatiam*, cum iſta verſus meridiem ibidem incipiat, ubi ad ſeptemtriones ſimul cum ipſa *Inferiori Alſatia* Argentoratenſis finitur dioeceſis, hoc eſt, ad *Seltzam* fluvium.

* Quam ſilvoſus olim *Spirenſis* fuerit *Voſagus*, teſtantur etiamnum, ut alia omittam, notiſſimi illi, maximaque ex parte ad eum referendi ſaltuoſi *Geraidarum* tractus; quos ſi quis ita perluſtrare geſtiat, ut, perluſtrato uno, poſſit quodam modo de ceteris exiſtimare, is adeat, a quo deducatur in *Geraidam*, quam vocant *Godramſteinenſem*, *Franc. Chriſtoph. Schattenmannum*; quippe qui eam *diſſertatione iuridica*, quam *inauguralem* vocant, *Argentorati* abhinc triennium edita, patefacere atque illuſtrare conatus eſt; quanquam ei, ut dicam, quod res eſt, ſtatim in ipſo introitu vocabuli, quo eam inſcripſit,

Digitized by Google

loco neque aprico neque ſalubri poſitum, atque adeo iis re-

Uberheimgeraida explicandi ratio minus pulchre proceſſit. Nam de altera eius parte, quae eſt ipſa prima atque omnibus *Geraidis* communis § II, p. 2 fatetur; *ſe latere, quare quaedam e* Geraidis Heimgeraidae dicantur: *neque enim ullum apud Gloſſatores ſe inveniſſe ſignificatum, qui huc facere videatur*; quod quidem, cum falſum quaeſiverit vocabulum, minime mirandum. Verum enim & germanum eſt *Hain*, quod *Died. von Stade* in *der erläuterung u. erklärung etlicher unbekannten deutſchen Woerter derer ſich der ſeel. Lutherus in überſetzung* der Bibel gebraucht p. 293 & *Wachtero* in *gloſſ. Germ.* p. 639 docentibus, *ſeptum, lucum*, gallice *Haye*, germ. ein *Haag, Zaun, umgezaunter Wald* ſignificat; lubrica autem vulgi pronunciatione in ſonum prorſus inanem *Heim* corrumpi coepit; atque ita corruptum in ipſas tabulas publicas, quae fuit librariorum inſcitia, irrepſit: eo tamen incorrupte atque integre in nonnullis expreſſo, ut in quadam beneficiaria; *Iſt* a. 1509 . . . . *die Herrſchafft* . . . . *in dem gebuerg des Waſgaues mit aller zugeboerde ſamt der Vogtbey, dem Wildpann und andern hohen obrigkeiten in der* Heingerede *zu mannleben geliehen worden*. Neque minus caſte ſervatum exſtat in illis, quas ſupra p. 11 citavi, *antiquitatibus Iac. Beyrlini Palatinis*, ubi primum vox *Haingeraide* p. 264 ter occurrit; tum ſimplex *Geraide* p. 259 & ſeqq. Atque ex hoc ipſo libello manu ſcripto magnus ille veteris linguae Theodiſcae interpres, *I. G. Scherzius*, veram vocis ſcripturam notionemque primum didicit, reſponditque ampliſſimo, ipſique coniunctiſſimo *Patrickio*, cum ab eo de eiusdem vocis ratione interrogatus eſſet, in chartis, quas ſibi miſiſſet, non *Heim*, ſed *Haingeraide* legendum eſſe. Sed haec de adulterata vocis parte. Quod ad ſinceriorem, ſive ultimam attinet, quae *Geraide, Gereide, Gerede* ſcripta invenitur, & vulgo pronunciari ſolet *Geraede*, eam laudatae diſſertationis auctor ita evolvit, ut notam, quam *Schoepflinus Alſat. illuſtr.* p. 653 voci *geraida* ſubiecit, totidem verbis in § & p. antea citatam transferat. In ea autem vir celeberrimus *Geraide* ex *Gerütte*, quod

rebus, quae ad externas cuiusque oppidi commoditates iucun-

---

quod medii eſt aevi, ac *novella*, ſive *novalia*, ut ipſe interpretatur, denotat, natum profectumque eſſe autumat. At vereor, ne & ſcriptura nimis inter ſe differant ambo vocabula, & ſignificatione, ut mox patebit, longius ſint diverſa & ſeiuncta, quam ut prius ex altero commode derivari poſſit. Itaque hic pariter rem acu tetigiſſe mihi videtur litteratiſſimus *Seberzius*, quando *Geraide* unum & idem eſſe iudicat, quod Gothorum *Garaid*, hoc eſt, *conſtitutum*, idque, praeeunte *Wachtero* l. c. p. 562 in voce *gerad*, confirmat tum *Vlphilae verſione N. T.* ubi verba *Lucae Evang. c. III*, v. 13; *ultra conſtitutum* redduntur, *Ufar Garaid*: tum Anglo-Saxonum *raede* & *geraednìſſe*, quorum illo *pactum*, *lex*, *conſilium* intelligitur, hoc *conſtitutio:* ita ut integram vocem *Heingeraide* per *iudicium*, *iudices*, *conſiliarios* de rebus & litibus ad ſilvas pertinentibus (*ein Waldgericht*, ut noſtra loquimur lingua) interpretandam eſſe exiſtimet. Quae quidem viri interpretatio non ſolum ad hodiernam iuridicialem *Geraidarum* conſtitutionem, ſicut haec a *Schattenmanno diſſ.* cit. § XXV, p. 23 & ſeqq. pluribus deſcribitur, ſatis apte quadrat, ſed quatuor etiam Caeſareis unius & eiusdem argumenti tabulis, quas vir perilluſtris, *Iac. Nic. ab Hontheim* in illuſtriſſimo ſuo *hiſtor. Trevir. diplom.* opere, & quidem tomo II. protulit, diſtinctius confirmari poteſt. In eis enim voces *Gerede* & *Gericht* de liberis iudiciis ac iurisdictionibus, tanquam vocabula idem declarantia, alternis vicibus adhibentur. Sic in primo diplomate N. DCXVII, p. 94, quo *Ludovicus* IV, Imp. *Baldevvino Archiep. Trev.* omnes liberas iurisdictiones anno 1314 contulit, *Vriben Gerichte* appellantur; *Baldevvino*, inquit Imperator, *& ſuis ſucceſſoribus in perpetuum . . . . merum & mixtum imperium, & plenam iurisdictionem in omnibus & ſingulis villis ſue Treviren. Dioeceſis, ac hominibus earundem villarum, ubi homines ſeu villani dictarum villarum iudicium reddere & exequi in cauſis criminalibus, civilibus, & mixtis hactenus conſueverunt, quae iurisdictiones vulgariter* Vrihen gerichte *appellantur, ex certa ſcientia donamus & concedimus*

Digitized by Google

conditateſque pertinent, prope omnibus carere videatur *. At

---

per praeſentes. Iam in altero diplomate N. DCXLII, p. 120, quo idem Imp. eidem Archiep. an. 1332 privilegia Archiep. Trev. ſpeciatim confirmat, nominantur p. 120 iurisdictiones, quae *Fribemgerede vulgariter nuncupantur*; ſimiliter quas Carolus IV in diplomate eiusdem argumenti N. LXXII, p. 167 *Fribem gerede* appellaverat, eas idem Imperator in altero N. DCCXLVI, p. 272, quod *Cunoni a Falckenſtein* an. 1367 dedit, appellat *Freyen gericbt*, &, quod notandum, *Kyriander* in *Auguſtae Treverorum annalibus*, p. 161, ubi eiusdem dipl. capita recenſet, ex hodierna pronunciatione *Freien gereide.* Sed metuo, ne iuſto longius ad *Geraidas* aberraſſe arguar; quamquam quae iſta fuit aberratio? non longa certe ab *Anvilla*; quippe cuius civicam ſilvam illa ipſa, quae animam ad aberrandum dedit, *Godramſteinenſis Geraida* contingit, neque aliena a propoſito noſtro, cum & vicina quaeque & finitima *Anvillae* non nunquam ſubſecivis operis attingere in animum induxerim.

* Ita certe illud viſum *Phil. Pareo*, quando in expoſitione vitae paternae, ſupra p. 17 citata, parentem *Anvillae* exulantem ex *coeli victusque ratione aſperiori ſcabiem acerrimam contraxiſſe, nec conſtantem valetudinem in loco illo montoſo & opaco, effetis corporibus minus propitio, impetrare potuiſſe tradit.* Verum inique facit, qui incommodae, qua laborabat pater, valetudinis culpam non in hunc, ſed in coeli locique ingenium conferat. Is enim exacta iam aetate ac frigidiore anni ſe inclinantis tempore, *Heidelberga*, *quam alteram ſuam patriam*, ſicut teſtatur filius, *perpetuo in ore babebat*, non ſine ingenti dolore relicta, *Anvillam* petierat, ibique omni, ut idem narrat, ſubſidiaria ope miſere deſtitutus, nec ſibi parcens, ſed occupatus in ſcriptis ſuis partim recognoſcendis, partim abſolvendis egerat. Non igitur mirum, cum, his rebus circumſtantibus, in ſeceſſu ſe minus belle habuiſſe. Quantum vero montes, valle praeſertim intermiſſa, ad ſalubritatem locorum valeant, praeclare demonſtratum invenias in *Juſtini Gerb. Duiſingii*, med. Doct. eiusdemque ac phyſ. Profeſſoris lon-

Digitized by Google

At bene habet: quibus enim bonis omnis fere *Vogeſus*, iam a multis ſaeculis e veteri ſuo & horrido habitu in uſus commodaque incolarum praeclare converſus, praeſtat; praeſtat autem maximis, ſalubritate, fertilitate, amoenitate*: iis & *Anvillani* in ſede umbroſa ſua, pro portione territorii ** proque eiusdem natura perfruuntur; ſortiti quippe, unde illa ipſa proficiſcuntur, temperatum coelum, ſolumque haudquaquam infecundum. Probant utrumque, non ſine inſigni ſingularis ab Anvillanis in agro peritius colendo adhibitae diligentiae indicio, tum montes & colles, iugique in primis, quod *Adelsberg* minor nominatur, articuli duo, ſegetibus, vineis, pomariis, caſtanetis pulchre paſſim conſiti; tum vero, quae paſſim inter illos panditur, planities arvis pariter & pratis,

---

longe experientiſſimi *commendatione phyſica de ſalubritate aëris Marburgenſis*, *cap. V et VI*, *pag.* 25 *& ſeqq.*

* Excellentem ac variam *Voſagi* univerſi bonitatem inter alios ſatis luculenter exponit *Io. Herculanus* cap. 1, libri ſupra p. 14 citati. Eam vero, qua ſpeciatim ille commendatur tractus, qui *Imperio Germ.* obnoxius noſtra *Vaſgovia* eſt atque *Anvillae* fautrix, deſignat in primis, & quidem ex vero, *Io. Seob. Fabricius diſſert. de Lutrea Caes.* p. 10 his verbis, *Montana regio . . . . egregie culta, frugum feraciſſima ſylvis pratisque, variisque lacubus, piſcinis, rivis amoeniſſime foecunda.*

** Id quidem ex limitibus, qui vocantur decumani, ſpectatum ſatis longum eſt: nam orientalis limes poſitus, ubi ager incipit *Queichbambacenſis*, & occidentalis in media via, quae inter vicos *Rintbal* & *Sarnſtal* patet, definiunt ſpatium circiter bis mille paſſuum. At valde breve, qua per cardines dirigitur, hoc eſt, per limites meridiem & ſeptemtriones ſpectantes; quippe quorum prior poſt rupem *Aſſelſtein* conſtitutus eſt; alter in cacumine montis *Adelsberg*, eiusque *maioris.*

tis, hortisque & ambulationibus amoenis ita exculta, ut ſive hanc ſpectes, ſive loca editiora, vix alius quisquam ager in Bipontinis prae *Anvillano* vel uſu uberior, vel ſpecie ornatior exiſtat; * praeſertim cum eum laetificet & mitiget am-

---

* Segetum quidem frumentariarum ob territorium minus laxum ac valde montoſum minor ſuppetit copia, quam pro numero incolarum alendorum; qui olim etiam nullas colebant vineas; quod ipſum utrumque coniunctum cum rei quaerendae difficultate, quoniam poſt pacem Badenſem mercatura in tractu *Anvillae* vicino minus vigebat, permovit, qui tum rebus Bipontinis praeerant, ut cives aliqua tributorum parte levandos ducerent; ſicut diſcere licet ex reſcripto *Regiminis Suecici* d. III oct. 1716 *ad Praefecturam Tabernamontanam* misſo; quod libello, cuius hic titulus; *Bericht und Beantwortung der von der Stadt* Annweyler *neuerlich praetendirten Landſteur, oder Schatzungs-Freyheit*, p. 123, n. 33 adiunctum eſt. Quas autem commemoravi vineas, ante annos non ita multos conſeri coeperunt, vitibus maximam partem ex *Burgundia* petitis, eisque tam laete provenientibus, ut vinum in primis rubrum, uberioribus annis, praebeant, quod certet cum *Graevenhuſano*; hoc enim optimum totius viciniae habetur.

Ceterum liceat bona legentium venia hic ſubiungere, quae me patruus optimus *Io. Ad. M.*, emendatioris religionis apud Anvillanos interpres, de montibus, collibus & vallibus oppidi diligentius edocuit; ſicut libenter fecit in aliis quoque, eisque bene multis, quae nobis non ſatis perſpecta & explorata erant. Pertinent enim eo, ut illius ſitus breviter a me informatus, tanto conſpectior ac diverſis ſuis partibus diſtinctior; addo & ubertas atque amoenitas ſoli hoc teſtatior appareat. Sunt autem ſcripta germanice in hanc ſententiam, „ Was „ die berge um die Stadt anbetrift, ſo liegt zur lincken, oder gegen „ Norden ein ſehr hohes gebürg, davon der im geſicht der Stadt lie- „ gende, und von Oſten nach Weſten über eine halbe ſtunde ſich er- „ ſtreckende hohe berg, der *Adelsberg*, oder nach anderer ihrer aus-ſprach,

amnis *Queicha*, novus ille, ſi Diis placet, *Alſatiae novae*, id

„ ſprach, der *Adlersberg* benennt, in den *kleinen* und *groſen* einge-
„ theilt wird. Der erſtere ziehet ſich gegen Abend nach dem Dorf
„ *Sarnſtall*, und iſt guten theils auf der ſeite gegen der Stadt mit Ca-
„ ſtanien bæumen beſetzt. Der andere gegen Oſten ſtoſſet an das Chur-
„ pfæltziſche Ort *Graevenhauſen*. An der mitte dieſes bergs ſind zwey
„ abſætze, welche oben eben, und mit ſchœnen fruchtfeldern ange-
„ baut, und durch das ſo genannte *Wingertthal* von einander unter-
„ ſchieden ſind. Der *erſtere* abſatz, namens *VVingertsberg*, ſo etwas
„ rundformig iſt, liegt gerad gegen der Stadt über, und gibt ſelbiger
„ mit ſeinen wingerten, gærten und baumſtücker ein luſtiges anſehen
„ und ſchœne zierde. Unter dem *zweyten*, namens *Dreyſig*, ſo ſich
„ von der Stadt das thal hinab ziehet, liegen ebenfalls weingærten, und
„ ein neu gepflantztes ſehr angenehmes wældgen mit einem nicht min-
„ der luſtigen und eine viertel ſtunde langem ſpatziergang, ſo auf der
„ einen ſeite den wald, und auf der andern eine reihe der beſten
„ obſtbæume und ein wieſenthal hat. Dieſe beſchriebene gegend unter
„ dem *Dreyſig*, mit dem wældgen bis an die Queich wird *Hinterwin-
„ ckel* genennt. Zur rechten, oder gegen Süden liegen verſchiedene
„ berge; als der ſich auch weſtwærts hinziehende und von dem da-
„ rauf ſtehenden Hochgericht benennte *Galgenberg*, der *Leinsbugel* und
„ *Ebersberg*, der *Klingelberg*, *Bannenberg*, *Sonnenberg*, und weiter
„ hinab neben der ſtraſſe gegen Landau zu, der *Hoheberg*. Darunter
„ iſt der merckwürdigſte, ſo ebenmæſſig an der Landſtraſſe gegen der
„ Stadt über morgen werts liegt, der mit ſchœnen buch- und eichbæu-
„ men beſetzte und von einigen ſo genante *Sonnenberg*, welcher ſonſt
„ der *Haag* heiſet, und herrſchaftlich iſt. Dann auf ſelbigem ſiehet
„ man noch die überbleibſel von der alten Reichsveſte *Trifels*. Es wer-
„ den aber dieſe berge durch ſehr angenehme thæler unterſchieden; der
„ *Galgenberg* und *Leinsbügel* durch das thal, ſo von *VVernersberg* her-
„ ablauft, der *Leinsbügel* und *Klingelberg* durch ein thal, ſo die *Nacht-
„ weyd* heiſt, und auf beyden ſeiten ein wældgen hat. Zwiſchen dem

„ *Klin-*

id eſt, *inferioris* limes *. Is enim in *Vogeſo*, occidentem verſus excurrente, circiter mille paſſus poſt vicum *Hauenſtein*, Spi-

„ *Klingelberg* und *Bannenberg* iſt das *Steinertbal*, ſo nebſt den Wieſen völlig mit obſtbæumen und oben mit einem Wældgen angebauet worden. Zwiſchen dem *Banneberg* und dem *Haag* befindet ſich das *Bindersbacbertbal*, auch das *Oſterbaecbel* genennt, mit Wieſen; ſo auf der einen ſeite den *Haag* hat, auf der andern aber obſtbæume. Zwiſchen dem *Haag* und *Hobeberg* ziehet ſich ein thal, ſo die *Trifelsbacb* heiſt, und unten mehrentheils in Wieſen und Æcker, oben in waldung beſtehet „.

* Quemadmodum hoc quoque ſaeculo Chriſtianiſſimi Galliarum Regis nomine, cum Raſtadii de conditionibus ageretur, quae viam ad pacem Badae Helvetiorum confectam munirent, nominatim poſtulatum fuerit, ut *Imperio Germanico* & *Inferiori Alſatiae* amnis *Queicba* finis eſſet; nec tamen quidquam de hac re conſtitutum, ſed *Landavia* capite iſtius pacis XIV ſine ulla termini poſtulati mentione reddita fuerit; quo pacto etiam, eadem poſtulatione in pacificatione Viennenſi relata atque renovata, Imperatorem inter & Regem Chriſtianiſſimum convenerit quidem, ut a quoque eorum nominarentur, qui de hac finium controverſia cognoſcerent, eamque ſuperioribus pacis compoſitionibus, praeſertim Badenſis, congruenter definirent; nihil vero adhuc actum ſit, quod ad tantum negotium cum bona gratia componendum valeret, ſatis luculenter expoſuit *I. Iac. Moſerus*, doctor iuris Germanici publici temporibus noſtris vel maximus *diſſert. de dubiis regni Germ. finibus* p. 16, § XII & ſeqq. Non defuere tamen inter litteratos noſtrae aetatis viros, qui interea ſuum iudicium hic interponere, &, quem limitem illi praepotentes maximarum gentium Dii adhuc in medio reliquerunt, eum quodam modo ſtatuere occuparent; ut inter alios auctor libri Germanici, qui abhinc annis duodecim Francof. ad Moenum editus inſcribitur: *Allgemeines Hydrographiſcbes Lexicon*, ac flumina totius Germaniae deſcripta continet p. 445, ubi in fine capitis de Queicha *totum boc flumen*

Digitized by Google

Spirenſi ſubditum Epiſcopo, ad imum iugi, quod incolae *montem* vocant *biemalem*, e perenni fonte ortus, ac vetus caſtrum *Falcken-bur-*

men terris Palatinatus & Alſatiae ſeparandis ab ipſa natura conſtitutum eſſe tradit; quaſi vero omnino certum ſit, Alſatiam eo finiri, &, quod de eodem dicit, non valeat quoque de *Lutari*, vel potius de *Selza*, idque ob liberas, quae cis utrumque amnem iacent, ac Sereniſſimis Comitibus Palatinis Rheni & Epiſcopo Spirenſi ſubiectae ſunt, Imperii Germ. terras: *Marquardus Hergottius*, *inferiorem Alſatiam* genealog. diplom. gentis Habs. p. 20, protendens a *Seletſtadio usque ad fluvium Queicbam*; &, qui ſuam huius auctoritate confirmat ſententiam, Illuſtris *Alſatiae illuſtratae* Auctor, dignus, qui, occaſione ita ferente, hoc diligentius a nobis expendatur, quo magis ſtrenue id in iſto praeclaro opere egit, ut, quem limitem priores duo nudum reliquerunt, eum contra probe ſtabiliret communiretque: cuius quidem rei hoc graviorem habuit cauſam, quod in variis *Alſatiae* ſeptemtriones ſpectantis limitibus, quos a diverſis viris eruditis poſitos ipſa prima *conſpectus* ſui *Alſatici* ſectione commemorat, nullus ipſi eo, quo voluit, loco ſtare viſus eſt; adeo ut ne quidem paullo longius ſeptemtriones verſus promotos B. *Rhenani Selzam* & *Hertzogii Lutarim*, Weiſſenburgum interfluentem, probaret; nedum magis retro ad meridiem poſitos, *Gebwileri Sornam & Matram*; cum tamen iſti tres Alſatae ſint, &, quod caput eſt, viri antiquitatum Alſaticarum apprime periti; nec veriſimile videatur, eos patriae ſuae oblitos voluiſſe quidquam de finibus illius deminuere. Uti igitur Vir Ampliſſimus, praetermiſſa eorum auctoritate, altera *conſpectus* citati ſectione amnem, quem dixi, *Queicbam* inferioris *Alſatiae* limitem eſſe confidentius aſſerit; ita eius fulciendi cauſa non veteres quasdam tabulas profert, aut vetuſtos aliquos auctores, ſed unum, quo maxime nitatur, *Lebmannum*, graviſſimum illum *annalium Spirenſium* ſcriptorem; utpote quem lib. eorum IV, c. IX, *Weiſſenburgum & Landaviam Spirgoviae pago accenſuiſſe primum, mutata deinde ſententia, poſt examen maturius*, l. VII, c. XXIV, *Landaviam in Alſatiae pago reponendam,*

 Quei-

burgenſe, a Gallis ante annos LXXVIII everſum, vel, quod poſtea excitatum ei ſubiacet, domicilium Praefecti *Leiningenſis* praeter-

---

Queicbamque adeo flumen, *quod per urbem banc fertur*, *Alſatiae profeſſum eſſe limitem* contendit; ac poſtea lib. II, c. II, § XXVII, n. (e) p. 138, ubi diſputat contra *Cluverium*, quod is *Motram* flumen *Tribocis* limitem borealem aſſignavit, *Spirigoviam ad* Landaviam *urbem*, *id eſt*, *ad* Queicham *amnem*, *terminatam fuiſſe*, *idque & veteribus documentis probari*, *& Lebmannum* ita *docuiſſe dictitat*, ut *lib. VII*, *cap.* 24 *retractarit ea*, quae lib. *IV*, *c.* 9, *in contrarium dixiſſet;* tum vero lib. III, c. IV, § LI, p. 646 denuo id pugnans, ut *Quiſagam Alſatiae novae* limitem (ita enim ab eo inſcribitur in tabula iſti libro praefixa, qua *Alſatiae Francicae Ducatum* deſcribendum curavit) variis firmet rationibus, haec ponit; LANDAVIA *libera Imperii civitas facta quum fuiſſet*, *Praefecturaeque ſubiecta Alſaticae*, *Geographia vetus illius tractus pedetentim mutata eſt*; *priſcae* Spirigoviae *rationes turbatae*; *ita ut* Lehmannus *ipſe* Chronicon *ſuum* Spirenſe *ſcribens*, *baeſitaverit dubius*, Lutaris, *an* Quiſaga, Spirigoviae *ſuae aſſignanda ſit limes*, *donec pro* Quiſaga *pronuntiaret ſententiam.* Mirabilia haec ſunt, ſi quidem vera praedicantur, neque certe exſpectanda de *Lebmanno*, accuratioris diligentiae viro; hoc tamen multo mirabilius, quod V. A. tam facile potuit animum inducere ſuum, ut *Quiſagam* potius, quam *Spiram* amnem *Alſatiae* ſuae praetenderet limitem, cum in hoc praetendendo atque adeo in proferendis ipſius Alſatiae finibus non unum, ut in *Queicba*, quo ſe tueretur, auctorem teſtemque habuiſſet, ſed duos *Raim. Marlianum*, Gallum, quam ipſe *Conſp. Alſ. illuſtr.* § I, p. 2 citat, &, quem ultro ſuggerimus, *Henricum Steronem*, Germanum, ac priore multo antiquiorem. Hic enim *in annalibus* ſuis, apud *Freberum* edit. *Struv.* p. 574, ad an. cIɔccxcI *Spiram Alſatiae civitatem* eſſe, diſerte teſtatur. Sed ſatius duxit ad Queicham conſiſtere, ne eam transgreſſus ultra terminum a Rege poſtulatum vagari videretur; quamquam etiam magis retro ad *Lutarim* ſubſiſtere potuiſſet; ubi quidem ſubſiſtendum duxit Vir illuſtriſſimus prudentiſſimusque *Pelletierius*

terlapſus, media via, quae eſt inter vicos *Rinthal* & *Sarnſtal*, *Anvillae* territorium rigare incipit; ac iam ab ortu ſuo plurium

letierius de la Houſſaye, qui quondam rei aerariae & iudiciariae in provincia Alſatia praefuit. Is enim a *Voiſinio*, Galliae Cancellario, rogatus, ut ſuppeditaret, quae ad notitiam limitum Alſatiae pertinerent (eorum enim conſtituendorum, cum de bello, quod adhuc de ſucceſſione provinciarum Hiſpaniarum geſtum erat, componendo Vltraiecti ageretur, Imperatoris Legatus, *Sinzendorfius*, Comes, mentionem moverat) inter alia reſcripſit; aptum revera & conveniens videri, ſeptemtrionalem inferioris Alſatiae limitem ad *Lutarim* ſtatuere: *Effectivement*, ut gallice loquitur, *il paroit convenable de fixer les bornes ſeptentrionales de la Baſſe Alſace à la riviere de Loutre*: vid. ſcriptum hoc editum titulo; *Memoire pour Louis Prince hereditaire Land-Grave de Heſſe-Darmſtatt, Pere & Tuteur naturel de Louis Prince Land-Grave de Heſſe-Darmſtatt ſon fils aîné, contre Claude de Saint-Simon, Evêque de Mets, Comte & Pair de France &c.* p. 103, & 104. Nollem tamen, ut dicam, quod ſentio, advocatum eſſe *Lehmannum* ad Alſatiam *Queicha* terminandam, nedum eundem nullo ſuo merito ita inſimulatum, quemadmodum tribus iſtis locis comparet. Etenim non minus per eum talem cauſa cadet V. A. quam ſi *Marlianum*, aut *Steronem*, ad *Alſatiam* ſuam *novam Spira* amne terminandam adhibuiſſet; quando quidem in utroque loco ita praeclare ſibi conſtat chronographus, ut, quam priori *Landaviae* in *Spirgovia* aſſignavit ſedem, eandem poſteriori quoque ipſi aſſignet. Incredibile hoc videbitur, ſed quod ipſo *Lehmanno* credibile planumque faciemus. Neque enim huius ſunt verba, quibus V. A. unice nititur, ſed *Io. Melch. Fuchſii*, cuius opera illius annales, cum primum, vivo adhuc auctore, *Francofurti ad Moenum* an. 1612, deinde an. 1662 emendatius, teſtante *Neuo*, qui utramque editionem inter ſe contulit, in *Mantiſſa ad Wheari relect. hiem. ſect.* III, § I, p. 24, impreſſi apparuiſſent, an. 1698 ac tredecim annis poſt in eadem urbe ita editos eſſe conſtat, ut quamquam ſtatim prima philura ſpecioſo hoc praeniteant titulo;

rium fontium, ſtagnorum, riuulorumque illabentium aquis receptis, decurſoque circiter mille paſſuum ſpatio paullo ſupra

titulo; *Chron. Spir. multo auctum & correctum*; tamen cum omnibus fere paginis ſuas non adeo magni momenti, ut cenſent callidi harum rerum aeſtimatores, *Buderus* in *Bibliotheca ſcriptt rerr. Germ. Corpori hiſt. Germ. Struviano* praemiſſa p. 152, & *Koehlerus in Prolegg. hiſtoriae Imp. Germ.* p. 14 nec Lehmanniano operi reſpondentes annotationes intexerit, potius corrupti contaminatique habendi ſint; ſicut id ille ipſe, de quo quaerimus, locus declarat Lehmannus enim, quum lib. VII, c. XXIV, ubi animadverſionem *Ludovici, Bavari*, in *Landavienſes*, adiutores *Leopoldi*, Ducis *Auuſtriae*, in oppugnanda Civitate Spirenſium, exponit, *Landaviam* una cum ceteris Praefecturae, *Spirenſis* ſcilicet, oppidis in dubia controverſaque Imperatoris, qui *Henrico* VII demortuo ſuccederet, creatione fidem ſuam Genti Auſtriacae obſtrinxiſſe, ac *Friderico, Pulchro*, contra *Lud. Bav.* pro virili parte opem & auxilium tuliſſe commemoraſſet, atque oſtendere vellet, quare tum *Leopoldus*, fratris cauſam in hac ora Ciſrhenana acriter defendens, oppidum iſtud omnibus rebus ad reſiſtendum inſtruxiſſet, eique *Ottonem*, Dynaſtam *Ochſenſteinii*, praefeciſſet; tum *Fridericus* eundem *Georgio*, Comiti Veldentino, *Ludovici Bav.* Praefecto *Spirgoviae*, Germershemii munere ſuo fungenti oppoſitum *Landavii* pariter rebus pagi praeſidere iuſſiſſet, hanc prius utriusque rei rationem affert; *quoniam ea urbs in* Spirgovia *iacet atque inſtar propugnaculi eſt praefecturae & inferiori Alſatiae appoſiti.* At hic *Fuchſio* Lehmannus ſitum oppidi minus recte notaſſe viſus eſt. Itaque prius membrum his verbis effert; *quoniam non in Spirgovia, ſed ad eam iacet*, cet. ac ſtatim, nota interpoſita, hanc rationem ſubiicit: *Eſſet alioquin rerum repugnantia*; nam & *Otto amborum pagorum* (*Alſatiae* ſcilicet & *Spirgoviae*, ſicut ipſe ſuperiori capite p. 667 ait) *praefectum ſe profitetur.* Sed ut eis, quae hactenus de iſta interpolatione dixi, tanto maior fides habeatur, tantoque liquidius de ea aequior quisque iudicare poſſit, totum huc transferam locum, prout pri-

ſupra oppidum in duas partes dividitur, quarum una ualde tenuis praeter illud labitur, altera multo maior ſeriem aedificiorum

---

primum in prioribus melioris notae editionibus integer & illibatus exſtat: deinde ſicut in alteris vitioſus atque corruptus.

Edit. an. 1612, & 1662, *lib.* VII, *c.* XXIV, *p.* 263.

Die Stadt Landavv *ſampt andern in der Landtvogtey, haben in der ſpaltigen VVahl der Kaiſer, dem Hauſz Oeſterreich Huldt und Trevv geſchvvoren, und vvider Kayſer* Ludvvig, *und ſeine Helffer, ſo viel an inen, Hülff und Beyſtandt geleiſt. Dievveil dann berürte Statt der Statt VVormbs und Speyr zunechſt, und* im Speyrgaw *gelegen, und als ein Frontier der Landtvogtey und deſz undern Elſas iſt, hat dieſelbe Hertzog* Leopoldus *inſonders vvohl mit Volck und anderer nothdurfft verſehen, veſt und vvehrlich gemacht, und zu mehrer ſicherung Herrn* Otto von Ochſenſtein, *den Landtvogt im Elſas, zum Schutz und Schirmherrn dahin geſezt. Kœnig* Friderich *aber hat demſelben das richterlich Ampt* und *Vogtey im* Speyrgavv *uffgetragen, und Grave* Georgen zu Veldentz *den Kaiſer* Ludvvig

Edit. 1698 & 1711, *p.* 669.

Di Stadt Landaw, *ſamt andern in der Landvogtey, haben in der ſpaltigen Wahl der Kayſer, dem Hauſz Oeſterreich Huld und Treu geſchworen, und wider Kayſer* Ludwig *und ſeine Helffer, ſo viel an ihnen, Hülff und Beyſtand geleiſt. Dieweil dann berührte Stadt der Stadt Wormbs und Speyr zunæchſt,* und nicht im, ſondern am (en temeraria Fuchſii interpolatio, & obſcura, quam ei ſubiicit, ratio!) („*dan* „*ſonſten es gegen einander wære, maſſen ſich dann auch Herr* „Otto *einen Landvogt in beyden* „*Gauen ſchreibet, und iſt ver-* „*muthlich ein Sohn* des *Otto* „*von Ochſenſtein geweſen, wel-* „*cher als des Kayſers* Alberti I. *Feld-* „*hauptmann in der wider Kayſer* „Adolffen *im Iulio* 1299 *gehal-* „*tenen Schlacht wegen Hitze und* „*Staubs erſticket, vvie bey Be-* „*ſchreibung ſelbiger Schlacht be-* „*rührt vvorden*„) Speyrgaw *gele-* „*gen,*

Digitized by Google

ficiorum atque ipſum oppidum meridiem uerſus exporrectum interfluit, ac poſtea infra idem rurſus in unum confluens ex-

wig *gen* Germersheim *geſezt, entgegen verordnet.* *gen, und als ein Frontier der Landvogtey und des untern Elſas iſt, hat dieſelbe Hertzog* Leopoldus *inſonders wohl mit Volck und anderer nothdurfft verſehen* cet.

Iam cum locus hactenus deſcriptus apertiſſime per *Fuchſium* interpolatus appareat, nihil omnino ſtabilitatis habet, quod V. A. inde voluit pro limite nouae ſuae Alſatiae ad *Queichbam* ſtatuendo elicere argumentum; atque retexi par erit, quae in *Lehmannum* gravius dicta ſunt & ſaepius; eoque magis, quod ante locum iſtum, uti a *Fuchſio* editus eſt, ad unam aliquam ex primis illis atque optimis Annalium editionibus exigere conveniſſet, quam chronographus erroris, haeſitationis, retractationis argueretur. Conſtat enim, hiſtoricos maxime libros, ubi diverſis eduntur temporibus, erroribus ac mutationibus multifariam obnoxios eſſe. Accedit, quod nec pauca, nec levia in utroque *Lehmanni* loco & alibi apud eum notare licet, quae homini curioſo poſterioris loci mala manu corrupti ſuſpicionem movere atque illius, adhibitis primis editionibus, recognoſcendi cogitationem iniicere potuiſſent; velut primum ipſa utriusque loci diſcrepantia; qualem quippe auctor, Lehmanno ſimilis, hoc eſt, ab hiſtoria veterumque litterarum ſubſidiis inſtructiſſimus &, quod res eſt, prudens & probus, non facile in ſcripta ſua confert, ita ut, quod uno loco poſuit, altero tollat; nulla praeſertim, ſicut in hoc loco, eius tollendi cauſa allata: deinde conſiderata, quam priori loco profitetur, *Landavii* iuxta cum ceteris, quae recenſet, octo oppidis de auctoritate hiſtoricorum ac fide quorundam veterum diplomatum in *Spirgovia* ponendi ratio; tum limes, quo *Spirgovia* ab *Alſatia* dividatur, a chronographo lib. VII, c. XIV, p. 652 col. altera edit. Fuchſ. ad *Selzam* fluvium manifeſte conſtitutus; quando ibi omnes civitates, quae a *Colonia Agrippina* ad *Selzam* usque Rhenum adiacent, partium fuiſſe *Ludovici Bavari*;

Digitized by Google

extra fines Anvillani territorii, curſu mille paſſuum confecto, apud uicum, quem ſuo nomine ab aliis eiusdem appellationis

---

vari; a *Selza* vero *Alſatiam*, urbesque Sueviae atque Helvetiae ad *Fridericum*, *Pulcbrum*, acceſſiſſe commemorat: poſtremo electio & deſignatio, cuius idem poſteriori loco mentionem facit, urbis a *Friderico* facta, ubi munere ſuo fungeretur, quem Spirgoviae Praefectum dixerat; quippe quae Spirenſem oppidi ſitum atque adeo perverſam Fuchſii interpolationem aperte indicat: quandoquidem Principis illius rationes poſtulabant, ut, quemadmodum *Ludovicus*, Caeſar, *Germersbemium* deſignaverat, ubi *Georgius*, *Veldentiae Comes*, Pago Spirenſi ab ipſo praepoſitus, ſederet: ita pariter ſuo Pagi Praefecto *Ottoni*, *Dynaſtae Ochſenſteinii*, qui & *Alſatiae* praeerat, non *Alſaticum* oppidum, quale is iam tenebat, ſed *Spirenſe* deſignaret; ne qua in re adverſario ſuo ceſſiſſe videretur. Deſignavit autem *Landavium*; hoc igitur non ſecundum *Fuchſium ad* Pagum Spirenſem, ſed, ut recte poſuerat *Lehmannus*, *in eo* ſitum fuiſſe patet. Quodnam vero illud ſit, quod *Fuchſius*, anguſte profecto & obſcure loquens, cum ſitu Landavii, a *Lehmanno* verbis *in Spirgovia* indicato, pugnare exiſtimat, & quo ſpectet allata ab ipſo de *Ottone* ratio, quatenus nimirum is *Spirgoviae* & *Alſatiae* praeſederit, exquirere hoc minus curo, quo magis id mihi agendum duco, quod ipſum maximum eſt, atque alioquin tum ad veram loci Lehmanniani ſcripturam confirmandam, tum ad tollendam ineptam *Fuchſii* interpolationem quam maxime valet, ut *Landavium*, teſtimoniis certiſſimis ex diplomatum monumentis petitis, *Spirgoviae* vindicem. Talia autem ſunt, quae forte fortuna in noſtras manus inciderunt, duo *Henrici* VII, Imperatoris, diplomata, unumque a filio, *Ioanne*, Rege Bohemiae, editum, & auctoritatis pondere & notitia eorum, quae maxime ſpectamus, commendabilia. Etenim ex ſingulis illud primum diſcere licet; Praefecturam, cuius & Inferioris Alſatiae finibus tuendis *Landavium* inſervire, dicit chronographus, non aliam eſſe, quam, quae tum temporis in *Pago Spirenſi* adhuc conſtituta vigebat: deinde ſpecia-

Digitized by Google

nis locis diſtinguit, (dicitur enim *Queichbhambach*) ſe euoluens, *Alberti* uerſus *uillam* labitur, ubi una duarum cataractarum, a

---

ſpeciatim ex eo, in quo antiquior dies adſcriptus eſt, *Spirgoviam Selza* amni terminari; quandoquidem inter oppida, quibus praefectura continebatur, ipſum oppidum *Selza* numeratur; ex altero autem, quantam diligentiam in conſervandis Imperii propugnaculis olim adhibuerint Imperatores; denique ex tertio, cui in titulo ſimile quoddam *Petr. Becklerus in der Reuſſen-Plauiſchen Hiſtorie* p. 264 protulit, *Ioannem*, Regem, in *Vicariis Imperii generalibus*, quos Imperatores, cum in Italiam contendere neceſſe haberent, aliquando conſtituere ſoliti ſunt, numerandum eſſe, eumque delatas ſibi Imperio Germanico cis Alpes praeſidendi partes, mortuo iam Parente, ac *Ludovico Bavaro*, cum *Friderico*, *Auſtriaco*, de clavo Imperii adhuc dimicante, obtinuiſſe. Sed cum haec melius ex ipſis diplomatibus cognoſcantur, nec me fugiat, quam mirifice eiusmodi veterum litterarum lectione delectentur homines litterati & hiſtorici, non gravabor ſingula hic ſubiungere.

Heinricus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, prudentibus viris, *Scultetis, Scabinis, Conſulibus & univerſis civibus in* Lutrea, Wizzenburg, Lendowe, Selſa, Hagenbach, Germersheim & Anewilre, *fidelibus ſuis dilectis, graciam ſuam & omne bonum; De fide, legalitate, & circumſpectione nobilis viri* Georgii *Comitis Veldencie, affinis & fidelis noſtri dilecti plenam fiduciam obtinentes, ipſum vobis in* Advocatum provincialem *preſicimus & Rectorem, fidelitati veſtre ſtudioſius iniungentes, quatenus in omnibus, quae commiſſi ſibi regiminis requirit officium, cum devocionis promptitudine intendatis, & humiliter pareatis. Datum* Spire *ij kalendis Martii Anno Domini milleſimo trecenteſimo nono, regni vero noſtri anno primo.*

Nos Heinricus *Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Ad univerſorum noticiam volumus pervenire, quod de fide & circumſpectionis induſtria nobilis viri* Georgii *Comitis Veldencie*, Advocati, provincialis *Spirkowie fidelis noſtri dilecti, plurimum preſumentes,* *ſibi*

a Francis in medio vico poſitarum, ſi ita res poſcit, retinetur, altera emittitur in foſſam, quam illi abhinc annis XL opera,

---

ſibi dictam Advocaciam de novo duximus committendam, hoc adiecto, quod idem Georgius *mille & ducentas libras ballenſes in edificia caſtrorum noſtrorum & Imperii,* Drivels & Nycaſtel, *debeat convertere infra hinc & feſtum beati Martini proximum, & annum continue ſubſequentem, de qua ſumma pecunie ſibi quingentas libras ballenſes colligendas & percipiendas, de* Sturis Iudeorum *noſtrorum in* Landowia, *quas poſt ſturas ipſis imponendas ad preſens ſolvent proxime, & de Theloneo in* Germersheim *deputamus dampna eciam notoria, ſi que idem* Georgius *pro nobis & Imperio ſuſtinuit, ſibi prout conveniens fuerit: tenebimur reſarcire. In cuius rei teſtimonium preſentes has ſcribi & noſtre Majeſtatis ſigillo iuſſimus communiri. Datum in Lutzelemburg III Idus Iunii. Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo, regni vero noſtri anno ſecundo.*

Iohannes *Dei gratia Boemie ac Polonie Rex,* ſacri Imperii citra montes Vicarius generalis *ac Lutzelnburg Comes providis viris magiſtris civium, Conſulibus ceteriſque Civibus* Spirenſibus, Landowenſibus, Wyſſenburgenſibus, *aliisque oppidanis ſub regimine nobilis Viri,* Georgii, *Comitis Veldencie,* Advocati Provincialis per Spirkogiam *conſtitutis, ſuis & Imperii fidelibus dilectis graciam ſuam & omne bonum. Tranquillitatem parcium Theutonicarum ſedulo appetentes, nobilem Virum,* Vlricum, *Dominum* de Bykenbach *noſtrum fidelem, ſuper diſcordia inter nobiles Viros,* Comites de Spanheim *ex una, & nobiles Viros,* Comites Irſutos, *ſuborta ex parte altera, miſimus quiete ac pacifice ſopienda. Si qua vero parcium predictarum noſtris monitis & mandatis ſuper treugis & compoſicione habendis rebellis fuerit, ex tunc providenciam ac fidelitatem veſtram exhortamur ac requirimus, ſerioſe volentes, ut alterutram parcium parere renuentem iuſticie ac noſtris mandatis iuxta requiſicionem nobilis Viri,* Georgii, *Comitis, Advocati predicti coartare, ſeu inducere velitis ad parendum iuſticie*

 con-

Digitized by Google

opera quatuor legionum ad ſiniſtram rivi *Landaviam* usque duxere, ut, quae e *Vogeſo* ad tuenda illius munimenta ſuppetunt,

conſiliis & auxiliis oportunis. Datum Nürenberg XII Kln. Februar. Regnorum noſtrorum anno octavo.

Quin duo etiam ſuppetunt diplomata Germanica, quibus, quae iam ſuperioribus notata exſtant, hoc luculentius confirmantur; quod eiusdem ſunt temporis, quo acciderunt, quae *Lehmannus* lib. VII, c. 24 de *Landavio* refert, atque adeo veterem germanamque ſcripturam loci ſupra excuſſi comprobant, oſtenduntque *Lehmannum*, hiſtoricum conſideratum, de ſitu oppidi pagique praefectura non aliter & ſcripſiſſe & intelligendum eſſe, quam rerum temporumque ratio iſto loco exigebat. Data autem ſunt ab *Alberti* ſucceſſore, *Ludovico IV*, Imperatore, atque in *parte II Electorum iuris publici hiſtoriam Pal. illuſtrantium deſignationi feudorum pignoratitiorum* p. 158 his titulis inſerta leguntur; Anno 1341 (l. 131 ut mox patebit) *Idem Imperator* (*Lud. Bav.*) *iisdem* (*Rod.* & *Rup.* Comitibus Palat. Rheni) *oppignorat urbem Weiſſenburg & totam* Landvogteiam *de Spirgau, cuius pars erat iſta civitas, pro* 1600. *libris Heller ſalvo iure reluendi.*

An. 1343 *Idem Imperator iisdem concedit licentiam reluendi urbem* Landaw, *in* Spirgaw *ſitam, ab Epiſcopo Spirenſi, ſalvo in gratiam Imperii iure reluendi.*

Atque ut iis denuo gratum faciam, qui eius generis tabulas cupiunt legere integras, attexam hic primam;

Wir Ludwig *von Gots Gnaden, Romiſcher Keyſer, allezit ein mehrer des Riches, verjehen offentlichen an dieſem Brieffe, und thun kunt allen den, die ihn ſehent, oder hohrent leſen, daſs wir unſern lieben Vettern und Fürſten* Rudolffen *und* Ruprechte *gebrüdern Pfaltzgrauen by dem Rine und Hertzogen in Beyeren bevohlen haben, und auch bevehlen mit dieſem gegenwertigen Briefe unſer und des* Riches Statt Wiſſenburg *und beſunder die* Landvogtey *überall* in dem Spiregauwe, *und ſollen ſie die Statt und die* Landvogtey *innhaben und nutzen mit allen Rechten, eren, nutzen und alten Gewonheiten, die durch*

petunt, ligna lapideſque commode ſubuehere, ac ſimul foſſas, quibus urbs cingitur, aquis replere poſſent. *Landavia* au-

durch Recht und von alter davon gefallen ſollen und mægen, alſs lang biſs wir oder unſer nachkommen an dem Riche den vorgenannt unſern Vettern oder ir erben gevveren und verrichten tuſendt Pfundt heller, geber und gütter, gar und gentzlichen, die ſie von unſerentvvegen verricht und gevvehrt haben dem edelen Manne Albrecht Humel von Lichtenberg. *Und darüber zu Urkundt geben Wir in dieſen Brief verſiegelt mit unſerem Kayſerlichen Inngeſigel, der geben iſt zu* Regenſpurg *do man zalt von Chriſtus geburt druzehen hundert Iare, darnoch in dem ein und driſigſten Iare, an dem dornſtag nechſt nach Sant Mathias tag des zvvelff Botten, in dem ſiebenzehenden Iare unſeres Riches und in dem vierten des Keyſſertbums.*

Adde his illam vetuſtiorem *Henrici III.* Imp. quam ſupra in notis p. 7 citavi, ac tractavit quoque *Ph. Simonis*, ſicut ex eius *hiſtoria Epiſcoporum Spirenſium* p. 42 perſpicere licet. In ea enim cum Spirenſis ditionis loca, *Scheid* & *Salmbach* in *Spirgovia* ſita eſſe dicantur, atque ambo haud procul a *Seltza* iaceant, retro omnino ad eundem amnem Alſatiae limes ponendus eſt. Adde etiam, quod ſuccurrit, atque ab *Ottone*, Epiſcopo Friſingenſi, Chronographorum, quos media aetas tulit, facile principe, ſuppeditatur argumentum, dum ab eo coenobium S. *Waldpurgis cap. XXXIX, lib. I de geſtis Frid. I, Imp. in terminis Alſatiae* ponitur. Illud autem ultra *Selzam* in *ſilva Hagenoënſi*, quae olim barbaro *Foreſtae ſanctae* nomine appellata eſt, ſitum eſſe conſtat. Inferioris igitur Alſatiae limes haudquaquam cis eundem amnem, nedum ad Lutarim, aut Queicham conſtitutus apparet. Atqui haec, quae hactenus, aliis praetermiſſis, in medio poſui, tam certa, tamque gravia argumenta teſtimoniaque facile omnibus, ſimplicis veritatis cultoribus, perſuadebunt, verum limitem, quo *Spirgovia* ab Inferiori *Alſatia* ſeparetur, unum eſſe fluvium *Selzam*; nec dubitandum, quin *Lehmanno* tabularium civitatis Spirenſis paria ac ſimilia eorum bene multa ſuppeditarit; quae una

Digitized by Google

autem emiſſus, proprio alveo continuus, poſtquam decem fere millia paſſuum fluxit, muros inter *Germersbemii* & vi-

una potius ipſi perſuaſerint, ut *Landavium* eo, quo id ſemel poſuerat, loco relinqueret, quam ut idem per eas rationes inde ſublatum reponeret in *Alſatia*, quibus illum V. A. ad hoc ipſum faciendum inductum eſſe ſuſpicatur, dum ſuo, quod p. 2, § *II. Conſp. Alſat.* ex iuterpolato Chronographi loco duxit, argumento colorando haec adiicit; *Perſuadere hoc* (Queicham ſcilicet ut limitem Alſatiae profiteretur) *illi poterat Salvi conductus per Alſatiam & Spirgoviam ratio; teloneorum in illis conſtitutorum, adminiſtrandae item utriusque Praefecturae modus, Praefectis iniunctus; Indices denique ſtatuum, qui in Comitiis Alſaticis, pacis publicae praeſertim ſtabiliendae cauſa convenerunt; quae* Landaviam *& Queicham Alſatiae noſtrae marcam praefigunt.* Neque tamen haec excutere libet, cum praeſtet hoc munere tum demum defungi, quando V. A. ſingula diſtinctim, ut pollicetur, & ubertim ſuo loco, hoc eſt, ſub *Landgraviatu inf. Alſatiae*, docuerit. Sic enim commoda uniuscuiusque argumenti momentis ſuis ponderandi facultas erit; quamquam ea haud gravia fore auguror, cum modo ab ipſo propoſita in eorum ſint genere, quae iura, privilegia, conſuetudines dicuntur, nec facile fines regionum ita attingant, ut eis quidquam vel demant, vel addant. Mirari autem licet, quanto interea limitis ſui pangendi ſtudio arſerit: tanto certe, ut exſpectare non potuerit, dum ad iſtum *periodo Germanica* de *Landgraviatu* proponendum locum veniret, ſed illum alienis ſub periodis, *Romana* & *Francica*, nec ſolum paginis ſupra citatis inculcaret, verum etiam p. 25, ſub periodo priori bis, & ſub poſteriori p. 630 & 632, ubi *Lutari*, quam periodo Francica *Spirgoviae* limitem fuiſſe § XXI aegre conceſſerat, per. Germ. *Queicham* ſubſtituendam eſſe, his verbis declarat; *Alia limitis borealis eſt ratio. Praefecturae enim, ſive Advocatiae Alſaticae limes, poſt Alemanniae & Franciae cis-Rhenanae Ducatus extinctos, quod ſeculo XIII contigit, ortus, & ad* Quiſacam *usque, ad quam* Landavia *iacet, extenſus, bodieque perdurat*, cet. ita

Digitized by Google

vicum *Hertam* in Rhenum influit. De cetero non ſolum ad fecunditatem, fundo Anvillano dandam, valde utilis eſt, ſed oppor-

ita ut minus perpendiſſe videatur, illud ſuum *hodieque perdurat*, vel eo everti, quod adhuc ſub iudice lis eſt; nec ſciverit, vel ſe neſcire ſimulaverit, *Spirgoviae* limitem ſeculo XIV, quo *Alſatiam novum verſus ſeptentrionem ad Quiſacam usque flumen augmentum accepiſſe* fingit, ad *Selzam* intactum adhuc inviolatumque ſtetiſſe; ſicut hoc litterae *Henrici VII*, Imp. ſupra prolatae ſatis abundanter demonſtrant. Unde quidem non temere dimovendus eſt, niſi prius hanc recentem de finibus Alſatiae controverſiam illi maximarum gentium Domini, ad quos unos tanti negotii diſceptatio pertinet, aequo iure diſceptarint. Tum vero p. maxime 645 & ſeq. ubi dedita opera de *Spirenſi pago*, perperam inter minores *Ducatus Alſat. Inf.* pagos collocato, agit, iteratis primum eis, quae modo ab eo de *Lutari*, Als inf. termino, dicta commemoravi, varia diſputat, ad limitem ſuum a *Lutari* ad *Queicham* usque transferendum accommodata; nitens maxime, *Landavii* ad praefecturam Hagenoënſem adiunctione; quippe qua accidiſſe putat, ut *vetus illius tractus Geographia pedetentim mutata ac priſcae Spirgoviae rationes turbatae fuerint*. Verum fruſtra haec fingi, ipſa talium praefecturarum Imperialium ratione convincere licet. Etenim his non eius ſolum tractus, quo ipſae continebantur, ſed vicini etiam & finitimi, civitates ſolitae ſunt committi, & quidem eo conſilio, ut illarum praeſidio tectae ſuam incolumitatem & libertatem retinerent. De finibus utriusque regionis nulla hic quaeſtio; adeo ut illi neque repente, neque pedetentim mutati fuerint, ſed iidem & eodem, quo ante fuerant, loco permanſerint. Sic *Oppenhemium*, ut, quae dixi, illuſtri quodam exemplo demonſtrem, *Boperdia*, *Veſalia* ſuperior, oppida cis Rhenum extra omnem *Wetteraviae* limitem poſita, Imperiali huius regionis praefecturae, ut diploma *Alberti I*, Imp. ab Ampliſſimo *Bernhardo* in *Antiquitatibus Wetterav.* p. 254 prolatum teſtatur, commiſſa fuere; ſic *Colmaria*, ſic *Keiſersberga*, ſic ceterae ſociae ſuperioris Alſatiae

opportunus etiam ad ligna civibus neceſſaria, e ſilva quidem ampliſſima, ſed quatuor mille paſſibus remota, atque altero tan-

ſatiae urbes; immo olim *Mulbuſium* quoque, Sundgoviae civitas, *Guillimanno & Urſtiſio* apud *Obrechtum in prodr. rerum Alſat.* p. 324 teſtantibus, in tutela ac praeſidio Hagenoënſis praefecturae latuerunt. Quod ſi igitur *Landavii* ad eandem adiunctione vetus, ut fingitur, *Spirgoviae* geographia, turbata fuit, &, quo haec verba maxime ſpectant, limes *inferioris Alſatiae* ad illud usque oppidum promotus; ſequitur omnino, ut pariter tum limes *Wetteraviae* in eas usque regiones, quarum oppida, paullo ante nominata, praefectura Wetteravienſi continebantur, tum is, quo ad meridiem inferior terminatur Alſatia, itidem per oppida illa huius Praefecturae innexa in ſuperiorem Alſatiam, immo in Sundgoviam ad *Mulbuſium* usque prolatus fuerit; quod quidem cum ipſe V. A. haud facile conceſſurus ſit, corruunt certe, quae is verbis ſupra allatis, pro limite ſuo diſputavit, & cum eis pariter, quae, *Lehmanno* fruſtra primum, ut oſtendimus, ſibi advocato, ut ſuam hoc amplius firmaret ſententiam, his verbis ſubiecit; *Immutatas Alſaticae Geographiae rationes publicus Imperii ſtilus conſtanter probavit, quo Landavia decem urbibus Imperialibus Alſatiae ſemper annumerata.* Sunt enim pariter ita comparata, ut eodem, quo priora, argumentationis genere refelli poſſint; quandoquidem tantum probant, quantum ipſi probare videretur, ſi quis eo, quod hodie *Mulbuſium*, *Sundgoviae* oppidum, ad *Illum* flumen poſitum, ſtilo Helvetiorum foederatis eorum civitatibus annumeratur, probari contenderet, immutatas eſſe *Helveticae* Geographiae rationes, hoc eſt, ut rem ex Viri A. opinione de borealis Alſatiae limite interpreter, *Helvetiae* fines ad *Mulbuſium* usque propagatos eſſe. Nimirum haec, qua quondam Imperium ſolitum eſt uti, *Landaviae* inter iſta decem Imperii oppida numerandae ratio, cum e ſocietate eius cum illis ipſis oppidis, uni & eidem praefecturae commiſſis, & nata ſit, & eadem nitatur, geographicas neque *Spirgoviae* neque *Alſatiae* rationes ullo modo attingit; tantum abeſt, ut eas turbarit immutaritque. Pro-

Digitized by Google

tanto longiorem circuitum habente, ſine magno labore ſumtuque comportanda; quamquam haec ipſa comportatio, cum placi-

---

Probat hoc ille ipſe, quo V. A. ad ſuam ſententiam abutitur, Imperii ſtilus. Nam eo *Landavia* non ipſi provinciae Alſatiae annumeratur, ſed, ut recte ponit V. A. etſi capite, quod citat, *Lehmanni* nihil continetur, quod eo ſpectet, decem illis Imperii civitatibus; quae quidem, ne quid hic ſubdole reticere videar, univerſae & inter ſe coniunctae atque connexae in ſubſcriptionibus nonnullarum Imperii Conſtitutionum appellantur *Alſaticae*, &, quae nomina ſtatim adiiciuntur, *Imperiales unitae*; germ. *Die zehen Elſaſſiſchen Reichs-verein Staedte.* Verum ex iſta appellatione non ſequitur illico, etiam ſingulas, atque adeo & *Weiſſenburgum*, &, quod infra hoc ad decimum lapidem iacet, *Landavium*, re vera civitates eſſe intra ipſum Alſatiae limitem poſitas. Valet enim hic, quod vulgo dici ſolet, *denominatio fit a potiori*, hoc eſt, ut illud rei praeſenti accommodem, decem iſta oppida in illis ſubſcriptionibus non ſingulatim, ſed univerſe ſpectata appellantur *Alſatica*; quod ex maiori parte veris Alſatiae finibus continebantur. Atque ex hac ratione interpretanda pariter eſt ſubſcriptio, qua *Weiſſenburgo*, ut a libera Imperii civitate, quae in Franconia ſita, dicitur *VVeiſſenburgum in Nortgovia* diſtinguatur, in illis itidem Imp. Conſtitutionibus, quas vulgo *Receſſus* vocant, verba *in Alſatia* aliquoties addita exſtant; eoque magis, quod in eisdem Imp. monumentis multo crebrius *VVeiſſenburgum ad Alſatiam*, item *ad Rhenum* expreſſum invenitur. Cur enim hoc, nec potius ſemper *in Alſatia*? ſi haec quidem ſubſcriptio non ita eſſet, ut modo oſtendi, intelligenda. Sed quid haec diſputo? nec potius illud pono, quod in hodierno Landaviae ſtatu poſitum ad eam, Spirgoviae certiſſimis mediae aetatis teſtimonibus iam ſupra vindicatam, eidem de integro vindicandam ſuppetit? Etenim cum duo illa, quibus tanquam ſolo quodam ac fundamento novum Alſatiae limitem conſtitutum vidimus, *Landaviae VVeiſſenburgique* cum octo Imperalibus eiusdem regionis urbibus coniunctio, atque ipſa earum cuſtos atque procuratrix,

Digitized by Google

placide manantis rivi alveum turbet, melioribus, quos olim aluerit, piſcibus exitioſa fuiſſe dicitur; ita ut omni fere truttarum

---

ratrix, *Praefectura Hagenoënſis* iam pridem, ut inter omnes conſtat, ruerint: concidit quoque ille, quem dixi, limes. Exiſtit quidem etiamnunc in Alſatia *Praefectura*, quae *Hagenoënſis* appellatur: ſed ea longe alius ordinationis eſt, ac vetus, neque ullum ex oppidis huic quondam ſubiunctis, complectitur. Rediit igitur *Landavia*, ut ſic dicam, poſtliminio in Pagum Spirenſem, unde, ut primum Praefecturae Alſaticae committi, atque iſtis oppidis adiungi coepit, quaſi quodammodo exiiſſe viſa eſt: quumque poſtea aliquoties & capta & reddita dominum mutarit ſuum; ac tandem pace Badenſi Galliarum Regi ceſſerit, perinde ſpectanda eſt, uti olim *Philippiburgum*, *Briſacum*, *Friburgum* ſpectata fuere, cum eſſent facta Gallicae ditionis; quippe quorum unumquodque cum ſuo territorio in ſolo Imperii ſitum, Regi Chriſtianiſſimo ita poſſidendum traditum eſt, atque ita etiam ab eo poſſeſſum, ut interea regionibus, quibus quodque oppidum continetur, iidem limites, qui antea, manerent, neque reliquarum vel Spirenſium vel Briſgovienſium terrarum Domini interpellarentur, quo minus eas, ut ipſi erant nemini, praeterquam Imperio, obnoxii, liberas atque immunes tenerent. Sed quid ago? dum ſeptemtrionalem Alſatiae limitem iuſto longius prolatum eſſe hactenus argui, videor fortaſſe interea commiſiſſe, quare ipſe arguendus ſim, qui fines, quos conſuetudo virorum eruditorum eiusmodi animadverſionibus, quibus, quae ſimpliciter breviterque dicta ſunt, illuſtrentur atque confirmentur, praeſcripſit ſatis modicos, hacce mea eo usque protulerim, ut brevioris notationis loco commentationem, ipſa oratione maiorem, in plures paginas incluſerim. Atque hoc tamen nemini fraudi erit; tantumque etiam abeſt, ut, quantumvis longus fuiſſe videar, graviſſimae, quam adhuc tractavi, quaeſtioni ſatisfecerim, ut, cum non ſim neſcius, eſſe viros, a prudentia iuris publici veterumque litterarum ſubſidiis longe inſtructiſſimos, qui, quae adhuc conatus ſum, praeclare perficere poſſint, eis ego nunc lampada, libentiſſime tradam.

Digitized by Google

tarum, luciorum, percarumque genere, quod aquam ſequitur puram liberamque, paullatim extincto, hodie non alii facile capiantur, quam qui vilioris notae ſunt, coenaeque plebeiae *. Sed haec quidem de Queicha; quae cum in opportu-

* Non alienum erit, etſi leve videatur, de piſcatu, qui in iuribus Imperantium propriis numeratur, hoc loco commemorare; *Alexandrum*, Ducem, *in ordinatione civitatis*, *an.* 1501 conſtituta, edixiſſe, ne quis civium in *Queicha* piſcaretur, hac tamen addita exceptione, ut, ſi quis aegrotus, aut gravida mulier piſces ſibi apponi cuperet, tum Praetor piſcandi licentiam petentibus concederet. **Wir wollen auch das hynfür von nyemants in der bach zu Anwyler gefiſcht werde, es were dan das ein burger oder eins burgers Frauwe kranck, oder mit eynem kind ſchwanger gieng, alsdan ſo ſie gern fiſch haben wolten, ſollen ſie unſerm Schultiſſen darumb erlaubung bitten, der ſoll es auch kynem verſagen.** Atque hoc, quod mulieribus gravidis tribuerat *Alexander* beneficium, ſucceſſor filius, *Ludovicus II*, non confirmavit ſolum, ſed illud etiam largitus eſt, ut, quando annui conſtituerentur magiſtratus, Anvillanis modicam piſcium portionem, praeſente Praefecto, vel Praetore, capere liceret; credo, ne quid lautioris cibi ad epulandum hilarem in modum Senatui eo tempore deeſſet. **Zum achten** (ut ipſum caput, quo utrumque iſtud ſancitum eſt, ex conventione illum Principem inter & Anvillanos an. 1519 facta, libelloque, quem ſupra p. 30. n. * citavi, adiuncta afferam) **daß die von Anweyler eines jeden Jahrs, ſo ſie einen neuen Rath ſetzen, ein zymlich fiſchen zugelaſſen ſyn ſoll, in byſyn iederzyt eines Ambtmanns oder Schultheiſen, damit ſie des Ergötzlichkeit haben mögen, ob auch eine ſchwangre Frau um ein zymlich Eſſen Fiſch bitten würde, ſoll deren nicht abgeſchlagen, ſondern auch erlaubt werden, doch allezyt mit wiſſen eines Ambtmanns oder Schultheiſen daſelbſt.**

Ita de ea ſeparatim ſibi agendum duxit ampliſs. *Schoepflinus*, *in Conſp. Alſ. illuſtr.* §. 39, p. 25. Nec mirum: nam *Queicha haec*, ut opi-

tunitatibus oppidi agrique Anvillani vel primum locum obtineat, atque alioquin ex recenti de ſeptemtrionali Alſatiae inferioris limite controverſia ad hominum famam profluere coeperit: ſatis digna mihi viſa eſt, cui deſcribendae ad exemplum aliorum

opinioni ſuae convenienter loquitur, *limes Alſatiae borealis eſt, adeoque fluminum & rivorum eius ultimus.* Unde eiusdem quoque regionis longitudinem a *Landavia*, ſive a *Queicha* ad *Huningam* porrigit, leucisque gallicis definit XLVI; quarum & undecim numerat, quas univerſi amnis, non medium quidem, ut putat, ſed extremum oppidum perfluentis, curſus conficiat. Iam eundem in *Lex. hydrogr.* ſupra p. 32, n. * citato fuſius aliquanto diſtinctiusque deſcriptum legas; totumque inde caput de *Queicha* in IX operis geographici, quod a *Bruzeno Martinierio* gallice ſcriptum, curante litteratiſſimo *Gottſchedio*, in germanicum ſermonem converſum Lipſiae edi coepit, volumen p. 584 totidem verbis translatum exſtat. In eo vero auctor, perperam edoctus, non una re erravit; ut quando tradit: *Queicham* primum oriri non procul a *Weſtrichia*, ſive *Lotharingia germanica*; cum tamen in ea ipſius *Weſtraſiae* parte, quae Imperio Germ. ſubiecta, ac Bipontinae maxime ditionis eſt, oriatur: deinde deferri *Sperchelhemium*, cuius nominis locum nemo eorum, qui eius quidem tractus ſunt ac viciniae, novit: tum currere denique, ubi *Anvillam* interluerit, per vallem Anvillanam; quae tamen iam a vico *Willgartswiſen* retro oppidum ad VI mille paſſus procurrere incipit: poſt *Queichambacum* inter & *Albertivillam* augeri amni *Iſerbach*; quem itidem utriusque vici incolae prorſus ignorant: ad extremum dextrorſum caſtrum *Madenburg* & vicum *Ransbach* praeterfluere; quae duo loca a *Queicha* longius abſunt, quam ut ad curſum eius diſtinguendum pertineant. Quae cum ita ſint, non reprehendar, credo, qui in locum vitioſae iſtius deſcriptionis aliam meliorem, germanico pariter ſermone comprehenſam, praeter eam, quam ipſi orationi incluſi, hic ſubſtituere decreverim, adiutus in ea quam accuratiſſime conficienda, uti a nonnullis aliis peritis rivi illius accolis, ita praecipue a *Balbirio*, ver-

Digitized by Google

aliorum paullum operae tribuerem. Libet nunc, *Auditores*, ipſam quodammodo ingredi ac perluſtrare *Anvillam*, ut, cum adhuc extra eam in ſitu eius notando, agrique ipſi attributi natura exponenda ſatis diu verſatus ſim, ea deinceps profe-
ram

---

verbi divini apud Willgartsvviſenſes Miniſtro probatiſſimo. Is enim, ut omnia nos, maxime de ortu *Queichae* ſciſcitantes, perſpecta & explorata edoceret, adhibito, qui locorum eſſet ſcientiſſimus, ipſe tractum, ubi prorumpit, obire, verumque eius fontem &, quibus is paullatim creſcit aquis, diligentius notare non gravatus eſt. Libet vero hic a priſtino noſtro germanica latinis typis exſcribendi inſtituto decedere, atque adeo curare, ut & haec valde longa *Queicbae* deſcriptio, &, ſi qua deinceps patrio ſermone contexta occurrant, ea litteris germanicis expreſſa legantur. Neque enim illa altera exprimendi ratio intelligentiori cuique arridet, neque etiam noſtrum typographeum ad loca eius generis paullo longiora latinis typis commode exprimenda ſatis aptum eſt atque accommodatum.

Die Queich entſpringt eine gute halbe Stund oberhalb dem Speyeriſchen Dorf **Hauenſtein** an dem Fuß eines Bergs, den man den **Winterberg** nennet, rechter Hand des Fahrwegs, ſo von gedachtem Berg herabgehet, und zwar aus einer ziemlich ſtarcken Quelle, welche den Namen **Moſtqueich-Brunnen** führet; gleichwie auch die davon einen guten Strich lang gewäſſert werdende Wieſen, **die Moſtqueich Wieſen** genennet werden. Sie flieſſet ſo dann mitten durch den Wieſenthal, und wird ohnweit davon, 15 Schritt lincker Hand, durch einen mit guten Quellen verſehenen Brunnen, der **Bruchfelds Woog** genannt, und bald darauf durch eine andere Quelle, 20 Schritt lincker Hand, ſo im **Neuenwoog** heiſſet, und eben ſo weit davon, auch lincker Hand, durch eine dritte Brunnquelle, der Benennung nach unten am **Neuenwoog**, vermehret. Hierauf nimmt ſie, 10 Schritt rechter Hand, eine nicht gar ſtarcke Quelle, Namens **Borgbrunnen**, und einen Büchſen Schuß weiter, den ſo genannten **Rudersborn**, ſo ein kleiner lauteres und ſchönes Waſſer führender Forellen Behälter

ram, quae, quoniam ad externam oppidi faciem interioremque conſtitutionem, minus omnibus, ut arbitror, notam, repraeſentandam pertinent, alioquin in omni urbis cuiuscunque vel contem-

ter iſt, ſo dann den in **Hauenſtein** ſelbſt wohl eingefaßten Brunnen, der **Dorfbrunnen** genannt, zu ſich. Mit der nun durch dieſe verſchiedene Brunnen vermehrten **Moſtqueichquelle** vermiſchen ſich unter **Hauenſtein** das ſo genannte **Miſtbächlein**, und die **Steinbach**, welche letztere die Pfaltz-Zweybrückiſch- und Biſchöfflich-Speyeriſche Grentzen von einander ſcheidet. Bey ihrem weiteren Lauf liegt lincker Hand, zwey Ruthen ſeitwärts unter der Gegend, ſo die Streich heißt, zwiſchen den Grävlich-Leiningiſchen Wieſen und dem Willgartswieſer Pfarrbuſch ein ſtarcker Brunnen, der **Haynbuch-Brunnen** genannt, welcher, nachdem er ſich mit dem aus dem ſo benannten **Kohlbrünnlein** herab rieſſelendem, und die Falckenburger Sägemühle treibendem **Kohlbächlein** vereinigt, ihr ebenfalls zuflieſſet; wie auch verſchiedene Gewäſſergen, ſo zum Theil aus den vier Teichen, von welchen der oberſte und unterſte **Gräflich-Leiningiſche**, die 2. mittlere **Hertzogs-Woge** genennet werden, hervorkommen, zum Theil aus den umherliegenden Brunnen ſich ſammlen. So fort fließt die **Queich** bis auf das Leiningiſch-Heidesheimiſche Schloß **Falckenburg**, und ſtreichet rechter Hand daran vorbey. Dieſem Schloſſe gerade gegen über, an dem Fuß des **Rauhbergs**, rinnet ein Wäſſergen hinein, welches ſeinen Urſprung nimmt in dem hinter dem Schloſſe angelegenen Gebürge, der **Thiergarten** genannt, aus einer Quelle, welche der **Tieffenborn** heißt, und darauf durch drey hinter einander liegende, und hart an den Schloß-Hofe ſtoſſende Fiſchweyer gehet, ſo fort unter der Mauer hin- und in einen offenen Graben durch den Hof flieſſet, bis es endlich noch vor ſeinem Einfluß in die Queich unter dem Schloſſe und der Straſſe hindurch in den gegen über liegenden Weyer fället. So dann kommet die **Queich** auf **Willgartswieſen**, durchrinnet dieſes Dorf, und nimmt unterhalb deſſelben rechter Hand die **Brandsbach** zu ſich, als welche vorhero durch den **Raulederteich**, insgemein **Straſſenweyer** genannt, rinnet, und

templatione, vel deſcriptione prae ceteris ſpectari ſolent. Eſt autem *Anvilla* in ſoli ſpatium, ut pleraque Pagi Spirenſis ac Bipontini tractus oppida, valde parvum & anguſtum conclu-

---

und aus dem wegen ſeiner Güte berühmten **Pirmannsbrunnen** oben an **Spirkelbach** entſtehet. Nicht weit unter bemeldtem Bächlein iſt auch der Brunnen, der **Ebersbrunnen** genannt, ſo ein beſonder gutes Waſſer herfürquillet und ebenfalls in die **Queich** flieſet. Nachhero begibt ſie ſich nach **Rinthal**/ und oberhalb dieſes Dorfs bey der Sägemühle geſchiehet die Vereinigung mit der aus dem **Fraiſchbacher** Thal nebſt verſchiedenen Brunquellen herfürlaufenden **Fraiſchbach**, nachdem dieſe vorhero die aus dem **Anweiler Burger-Wald** und dem kleinen **Pirmanswald** herfürflieſende **Kaltenbach**, und dieſe wiederum die von dem **Hochſtetter Hofe** herkommende **Wellbach**, ſo einige die **Mellbach** nennen, verſchlucket, wiewohl einige den Namen **Wellbach** bis zu dem Eintritt in die **Queich** beybehalten. Durch dieſen Zuwachs wird die **Queich** um mehr als die Helfte verſtärcket, und lauffet nunmehr vor **Rinthal** rechter Hand vorbey, ſo dann eine kleine Viertel Stunde weiter laßt ſie **Sarnſtall** zur Lincken liegen; vorhero aber hat ſie in ihrem Lauf verſchiedene ſtarcke Brunnenquellen mit ſich genommen. Unterhalb dieſem Dorf rinnet rechter Hand die **Rinnbach** in ſie, welche von dem Chur-Pfältziſchen Ort Schwanen herkommt, und ihren Weg durch **Lu** nimmt, welches ebenfalls ein Chur-Pfältziſches Dörfgen iſt, und in dem **Goſersweiler Thal** lieget. In dem Fortfluſſe gehet ſie durch das **Anweiler Thal**, bey der **Wachtels Möhl**, und nunmehrigen wohleingerichteten **Papiermühl**/ rechter Hand vorbey, da dann verſchiedene Flüßgen rechter Hand hineinfallen, als die **Ebersbach**, ſo von **Ebersberg** und von **Wernersberg** herabflieſet, und dann dasjenige, ſo aus der alſo genannten **Nachtweide** kommt. Sie gelanget nun aus **Anweiler**, nachdem ſie ſich noch unterhalb der Stadt in zwey Arme abgetheilet; davon der eine ſehr ſchwach iſt, und neben der Stadt hinflieſet; der andere aber, von ziemlicher Gröſſe, durchſtöhmet ſie alſo, daß er zwiſchen einer Reihe mehren

cluſa, muro cincta imparibus lateribus quadrato, turriculisque paſſim diſtincto, cuius circuitus uti, tribus portis interiectis, non amplius CIↃCCLVI paſſus tenet; ita eo non plus, quam

rentheils Gerberey-Häuſer und dem übrigen groſen Hauptheil der Stadt hinlaufet, und hernachmalen vor dem Ober-Thor erſtern wieder zu ſich nimmt, worauf ſo dann an der Kayſersmühle wieder zwey Wäſſergen hineinkommen; als zur Rechten das Oſterbächlein, ſo von Bindersbach herabrinnet; zur Lincken das Wingerthalbächlein, welches in dem Queichhambacher Bannbuch, oder wie es betittelt wird, Rechtsſpruch vom jahr 1380, die Berensbach heiſet. Und nachdeme ferner das Trifelsbächlein rechter hand, und lincker hand etwas hinab, das laut Gütherbuch alſo genannte Dorfbächlein/ oder nach gedachtem Rechtsſpruch die Hannebach/ ſo von Grävenhauſen herkommt, in ſie gefloſſen, gehet ſie lincker hand Queichambach vorbey, worauf ſich bey der neuen Mühle die auf der Oberhaingeraide entſpringende, und durch Euſſerthal herabfliefende Geraidenbach mit ihr vereiniget, welche nach dem Euſſerthaler Güterbuch die Mühlbach/ und in dem Queichambacher Bannbuch die Sultz benamſet wird. Sie nimmt ſodann ihren Lauf nach Albersweiler/ von da ſie in zweyen Armen auf Landau zueilet. Der eine Arm iſt der von denen Franzoſen, zu deſto bequemerer geraden Zufuhr derer zum Landauer Veſtungs-Bau benöthigten Materialien, obig Albersweiler aus der Queich rechter Hand geleitete, und ein und eine halbe Stunde lang ſich erſtreckende Canal; der andere iſt ihr natürlicher Gang. In dieſem gehet ſie durch Albersweiler/ in welchem Ort die lincker Hand von Johanns Kirchen kommende Schweltenbach hineinfället, ſodann durch Sibeldingen/ worauf ſie ſich rechter Hand an Godramſtein vorbey durch den Wieſenthal auf Landau wendet, da ſie ſowol die Stadt durchſtrömet, als auch die Gräben der Veſtung anfüllet. Ihren fernern Lauf ſetzet ſie neben Queichheim/ Merlheim/ Offenbach/ Ottersheim/ Bellhaim und Zaiskaem alſo fort, daß die erſtere benannte Orte, jedes eine Viertelſtunde zur rechten, und das letztere eben ſo weit zur lin-

quam ducentae quinquaginta duae aedes ſepiuntur. Extra portas quidem, ſuperiorem & inferiorem, quae duae ſemper patent, cum tertia iam inde antiquitus obſtructa ſit *, aedi-

---

lincken von ihrem Ufer abliegen. Sie gehet ſodann immer weiter, bis ſie endlich nach einem Lauf von eilf Frantzöſiſchen Meilen zwiſchen Germersheim und dem Dorfe Hert ſich in den Rhein ergieſet.

* Hanc merito *Principis portam* dixeris. Neque enim dubito, quin ſit ea ipſa, quam ſibi ſuisque ſucceſſoribus Ludovicus II, Dux, capite, quod ſtatim ſubiungam, conventionis ſupra p. 49 n. * citatae decimo tertio imponendam reſervavit. Zum dreyzehenden, daß vielgemeldter unſer gnädiger Herr Hertzog Ludwig und deſſelbigen nachkommende regierende Fürſten Macht haben ſollen, einen Thurn an der Ring-Muren zu Anweyler ſynen Gnaden gefällig inzunehmen, denſelben zu verwahren, zu bauen, und zu beſſern, auch ein Pfort dardurch zu machen, desgleichen ein Platz zu erwählen und eine eigene Behuſung darauff zu bauen, alles nach Ihrer Gnaden Willen und Wohlgefallen, und zu Handhabung Ihrer Gnaden und der Stadt Anweyler. Impoſita autem eſt in vallem Anvillanam, viamque, lapidibus etiamnum ſignatam, Spirckelbacum verſus Bipontum euntibus atque inde venientibus aperuit paulo breviorem, quam quae hodie per portam inferiorem patet. Quare vero obſtructa ſit, docet *Guſtavus*, Dux, in litteris ad Imperatorem a. 1723. datis, libelloque, quem cum titulo ſuo p. 30. n. * citavimus, ſub num. 44, p. 150 & ſeqq. inſertis; Wobey dann Ew. Kayſerl. Majeſtät hiermit allerunterthänigſt nicht verhalten ſollen, daß bey meiner jüngſten Anweſenheit zu Bergzabern auf meiner ſich annoch befindenden gehorſamen Anweiler Bürger geziemendes Anſuchen, wie deren dißfals übergebenes copialiter hiebey liegendes Memorial und daruff ertheiltes Decret des mehrern bezeuget, das eine bis dahero nicht nur wegen der übrigen Widerſpenſtigkeit, ſondern auch aus andern Beweg-Urſachen, ſonderlich da es eine Gräntz-Stadt, und meine dermahlige Trouppen nicht zulänglich zu Bewachung der beyden Thoren, wiederum eine ordentliche

dificia quaedam, maximam partem diverſoria, exſtrui coepta ſunt, ſed minime multa. Unde facile credere licet, quod exacto affirmatur numero, ducentos & quatuordecim cives, qui & illa, & quae ſunt in oppido, incolunt, duntaxat numerari: * quae quidem paucitas virtute eorum egregie compenſatur. Habent enim ſingularem navitatis & induſtriae laudem, nec parum callidi ac periti ad quaeſtum vario mercaturae paullo tenuioris genere, ut corio in primis ac pecudibus, faciendum perhibentur **. Nec mirum: fruuntur enim, quae

che Garniſon gleich vor dieſem dahin zu legen, geſperret geweſene Thor wieder eröffnen laſſen, das dritte aber nicht von mir, ſondern ſchon von Alters her, auch wegen der damahligen Widerſpenſtigkeit geſperret worden.

* His ſi addideris, de quorum numero certiores facti ſumus, homines in oppidum quidem, ſed non in civitatem receptos XVII. viduas LXII, liberos utriusque ſexus ɔcc, ſervos, ancillas, artiumque vulgarium tirones CXCIII, ſumma omnium incolarum erit cIɔcLXXXVI; quae uti paullo maior eſt ea, quam ſubduxit *Piganiolius de la Force*, geographus Gallus, minime ignobilis: ita numerus aedificiorum ab eodem initus multo minor, quam is, quem nos, accuratius edocti, exſequuti ſumus. Sed operae pretium erit, ipſum, ut loquitur apud *Bruzenum Martinierium* cap. de *Anvilla*, audire; praeſertim cum & alia, maxime quae de ſitu oppidi ſupra diximus, confirmet. *Mr.* Piganiol de la Force (*Deſcript. de la France c.* 6, *p.* 340) *qui ecrit auſſi* Anvveil, *dit, que c'eſt une petite ville ſituée ſur la riviere de Queich, au deſſus de* Landau. *Elle n'eſt pas, dit-il, conſiderable par elle meme; mais le paſſage des montagnes la rend de quelque importance. Elle n'eſt entourée, que d'une ſimple muraille, & on n'y compte que cent cinquante maiſons, deux cens cinquante familles, environ onze cens habitans.*

** Conveniunt his, quae idem *Bruzenus* verbis modo allatis, auctore

quae negotiandi ſtudia vehementer & commovet & alit, libera, ut poſt docebo, cum mercibus & oneribus per Germaniam ſine portoriis commeandi poteſtate. Eorum autem maiores urbem incoluiſſe, tam longe in occidentem verſus patentem, ut vicum *Sarnſtall*, qui ab *Anvilla* abeſt mille paſſus, complexa ſit, vetus eſt ac mentibus civium penitus inſita opinio, quam ſibi hoc minus evelli patiuntur, quod eam vel una, qua ipſi & *Sarnſtallenſes* inter ſe coniuncti ſint, civili conciliatione & ſocietate probari putant; quippe quae indicio ſit clariſſimo, ambos initio in una eademque urbe vixiſſe, ac poſtea, neſcio quo tempore, quave iniuria, ſpatio, quod modo definivi, ab aedificiis nudo inter utrosque relicto, disclufos eſſe *. Eſt etiam alia opinio, quae *Anvillam* opplevit; ſcilicet excitata eſſe oppidi moenia ab Auguſta, neſcio qua *Friderici*, Imperatoris, quem vulgo *Barbaroſſam* cognominant, coniuge **. Habuit enim duas; *Adelheidam*, Principem Vohburgenſem, & *Beatricem*, Comitem Burgundiae. Verum ego, ut

auctore pariter, ut credo, *Piganiolio*, ſtatim ſubiungit; *Le principal commerce conſiſte dans la quantité de tanneries, qui y ſont établies. Il y a auſſi une petite manufacture de draps.* In eandem rationem iam ante eum paullo diſertius ſcripſit ſupra citatus *Pareus; Oppidum incolis non infrequens eſt, partim indigenis, partim advenis Gallo Belgis; quorum hi fere fulloniam* (artem coriariam intelligit) *illi praeter opificia pecuariam & mangoniam exercent. Eſt enim locus &* Nemetibus *&* Waſgoia *circumiacente viatoribus tranſitum in* Weſtriam, Galliam*que peropportunum praebens.*

* Eſt hoc commentum ſimile illi, quod ad originem oppidi pertinet, ac pluribus commemorabitur, quum ad eam explicandam venero.

** Teſtis vulgaris huius opinionis eſt *Bernh. Hertzog*, qui eam

ut de ea & priori opinione quam breviſſime abſolvam, facile patior, *Anvillanis* ambas placere. At doleo, me nondum in antiquitatis monumentis, licet omnem adhibuerim diligentiam, inveniſſe teſtimonium, quod ſi non utrique, vel uni tamen auctoritatem afferret & fidem, atque adeo impediret, quo minus verum quaerentibus nimis creduli videantur.

Sed revertor ad aedificia, de quibus adhuc habeo, quae praeter numerum, modo indicatum, breviter exponam. Quamvis enim quatuor partes, in quas oppidum diſtributum eſt*, non alia contineant, quam quibus pleraque municipia provincialia, quae ab hominibus, qui vel amplis honoribus ornati ſunt, vel magnis opibus praediti, admodum paucis incoluntur, exſtructa videas, hoc eſt, parum illuſtribus, parumque magnificis: occurrunt tamen in illis, quae ſi non viſu, at memoratu ſaltem vel ideo digna ſunt, quod aliqua eorum monumenta in annalibus ac tabulis exſtant. Atque in hoc genere primum ex ſacrorum numero, ut inde ordiar, templum eſt, quod vulgo parochiale, vel oppidanum vocari ſolet, atque in ea oppidi parte, quam germanice das *Marc-Viertel* appellant, ſtatutum conſpicitur; & quidem ita ſtructum, ut nonnullis forma ac ſpecie externa primario huius noſtrae urbis fano ſimile

---

Chron. Alſat. lib. IX, c. I, p. 149 his verbis expreſſit, Diſes Keyſer Friderichs (quem ante paullo *Barbaroſſam* cognominarat) Gemahl, ſoll Annweiler mit einer Mauren haben laſſen umbfangen.

* Nimirum in ſuperiorem, inferiorem, in eam, quae fori eſt, & in quartam, quam ex *Schollo* quodam nominatam eſſe ferunt; ſicuti germanice in libris civitatis cenſualibus his nominibus atque hoc ordine notatae commemorantur; Das Nieder-Viertel, Marck-Viertel, Ober-Viertel, Schollen-Viertel.

Digitized by Google

ſimile videatur. Sunt autem, qui id quoque ab eadem Imperatrice, cuius munificentiae *Anvillani* murum ſuum, ut modo dixi, acceptum referunt, conditum eſſe credant;* quod quidem etſi non magis liquet, idoneo eius rei teſte adhuc latente, quam illud de muro: prodit tamen aliquid, quod non dubito affirmare: nimirum templum hoc *Anvillanum*, iam tempore *Friderici Barbaroſſae* ſurrexiſſe; idque ut affirmem, veteri quadam inducor charta, in caſtro *Trifelſa*, ut dicitur, inventa, quippe qua ipſum illud anno CIƆCLIII, a. d. XIV Cal. Martii Chriſto Salvatori, eiusque Matri ſanctiſſimae & S. Virgini *Fortunatae* dedicatum, atque infinita paene omnis generis ſacrarum reliquiarum copia ornatum refertumque fuiſſe memoratur**. Iam vero iſte dedicationis annus im-

* Unde *Hertzogius* verbis ſuis ſuperioribus ſtatim ſubiungit; **Und die Pfarrkirch derſelbſt zu Ehren der heiligen Jungfrawen Fortunata** uffgericht und fundirt haben, Addens porro, credo, ut opinioni de auctore muri & templi fidem faciat; **Es werden auch allda zwey Bruſtbildnüſſen gar künſtlich in Holtz geſchnitten, Keyſer Friderichs und ſeiner Gemahl gefunden und geſehen:** Sed hodie non amplius. Vide & *Cruſium* qui ea, quae *Hertzogius* de muro & templo Anvillano tradidit, in *Annales* ſuos *Sueviae* p. 2, Lib. 11, c. 3 verbis latinis transtulit.

** En ipſam integram; quamquam pars, quae germanice ab homine nominum propriorum parum gnaro ſcripta eſt, haud ſatis digna videatur, cuius hic exemplum appareat. Sed cum ex ea etiam intelligi poſſit, quam feracia eiusmodi reliquiarum particulis, quales ibi nimis diligenter percenſentur, ſuperiora ſaecula fuerint, & quanto laborarint opere, qui ſacris praeerant, ut illarum undique conquiſitarum novitate & copia allicerent homines ad aedes ſacras religioſius adeundas, ac vario beneficiorum genere ornandas; tum vero adhuc be-

imperii eſt *Friderici I* ſecundus. Neque certe hic illi audiendi ſunt, qui huic anno ac templi, quam inde concludimus, vetuſtati opponunt annum CIↃCCCCLXXXI in quadam eius porta

ne multi ſint, qui talium rerum cognitione teneantur, non ab re duxi, eam cum priori latina contextam proferre.

Anno dominicae incarnationis M. C. LIII. in dedicatione prima XIIII Calend. Martii per manus Guntheri, *Sanctae Spirenſis Eccleſiae Epiſcopi, dedicata eſt eccleſia in* Anwiler *in honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti & Sanctae Dei genitricis* Mariae *& Sanctae* Fortunatae *Virginis. Continentur autem ibi reliquiae Sancti* Andreae, *Apoſtoli, & Sanctorum Martyrum* Georii, Sebaſtiani, Apollinaris, Vitalis, Carponii, Severi, *confeſſoris*, Walpurgis, *Virginis. Habentur autem reliquiae ſuper ſanctum altare* Laurentii, Cyriaci, Albani, Hyppoliti, *Martyris, & Sanctorum confeſſorum* Uldalrici, Aurcii, *& Sanctarum Virginum* Margarethae, *Virginis*, Reginae, *Virginis*, Concordiae, Zoë, *uxoris* Nicoſtrati, *brachium* Magni, Sanctarum Virginum *Chriſti tempore & de crinibus trium* Magorum. *Hae reliquiae etiam continentur in eccleſia, primo brachium Sanctae* Fortunatae *in manu argentea*; Item von den zehen tuſend **Merteler**; von St. **Kungunde**; item Hempt von den zehen tuſend **Meide**; item vom Stein der über unſers Herrn Grab iſt gelegen; item von St. **Chriſtoffel**; item von St. **Eliſabeth**, Land-Gräſſin; item von St. **Veltin**, von St. **Calixto**, dem Pabſt, vom heiligen Grabe, von St. **Sebaſtiano**; item vom Stein, do das heilige Crutz in geſtanden iſt, do unſer Herr gecrutziget ward; item vom Stein darunter das heilige Crutz verborgen iſt gelegen biß uff die Zit daß **Helena** das funden hat; item vom Stein do unſer Herr oben geſtanden hat, als er in Himmel fuhr; item von **Maria Magdalena**, von St. **Erhardt**, **Nicomedis**, **Lucien**, und **Germani** Merteler; item zwey Hembder der Heiligen, darin viel Heilthums verbüßt iſt; item in einem hiltzen Engel iſt Heilthum von St. **Pilgen**; item aber in einem Engel iſt Heilthum von St. **Urſel** und St. **Dorathin**, St. **Agathen**, von St. **Agnes**, von St. **Otilien**; item in einem Lädgin iſt

ta inciſum, Etenim ſi eo non huius patefactae, ſed potius totius aedis aedificatae tempus deſignaretur, conſequens omnino eſſet, ut perſpicuum eius rei exemplum e proximo petam, arcem *Trifelſam*, cuius nomen iam ineunte ſaeculo duodecimo celebratum invenitur, anno demum cIↃ IↃ XXIV excitatam eſſe, propterea quod is annus in quadam illius ianua ſimiliter inciſus exſtat. Sed quid ego argumentor? cum vel unum be-

iſt Heilthum von **Sigmundo**, dem König; item von St. **Catharin**, Oley, von St. **Marx**, von St. **Lorenz**, von St. **Pancratio**, von der Milch unſer lieben Frauen.

Item in der ſilbern Monſtranz iſt von St. **Niclaus**, von St. **Coſma**, und **Damian**, von St. **Martin**, Merteler, von St. **Catharin** Gürtel, von St. **Catharin** Grab, von St. **Gwidon** dem Apt von St **Pirman**.

Item in der Kiſten, die man Jahrs mit den Crutzen dreit, iſt Heilthum von St. **Margreth**, von St. **Alexander**, von St. **Paulus**, von St. **Barbeln**, von St. **Agnes**, von St. **Stephan**, von St. **Mauritien**, und ſeiner Geſellſchafft; item St. **Gotthards** Zahn, von St. **Eucharii**, des Beichters. Solches alles Heilthum ſin ſunderlich Verſchriebung hat, und iſt viel Heilthum darbey, do dann die Zettel davon vermiſſet ſind worden.

In dem ſilbern Crutz, das do ſtehet in dem Behälter by dem Sacrament Hüſel, dorin iſt an allen Orten Heilthum; item vom heiligen Crutz; item von der Sulen, do Chriſtus gegeiſelt iſt an worden; item vom Stein, do das heilige Crutz in geſtanden iſt, von St. **Paulus**, von St. **Thoma**, von St. **Bartholomäus**, von St. **Lorenz**, von St. **Antonio**, von St. **Barbeln**, von St. **Petro**, von St. **Marx**; item von dem Tuch das die Jungfrau **Maria** geſponnen hat, dovon **Titus** und **Veſpaſianus** ein Fahne han laſſen machen, do ſie **Jeruſalem** zerſtöhrt han, und ein iglicher der das Tuch andächtiglich anſieht, der verdient zwölf tuſend Tage Ablaß.

beneficium, quo *Fridericus II*, Imperator, primi illius ex filio, eodemque ſucceſſore nepos, veterem *Anvillanorum* eccleſiam affecit, templi iſtius antiquitatem loquatur, probetque, id ſi non ſuperioris, tamen huius poſterioris *Friderici* imperio aequale cenſendum eſſe. Is enim, veſtigiis inſiſtens maiorum ſuorum, quos in cultu religionis ſtudioſius tuendo augendoque valde liberales & munificos exſtitiſſe conſtat, ac ſingulari quadam adverſus *S. Fortunatam*, Virginem & Martyrem *, reverentia & pietate excitatus, huic ei dedicato templo *omnem*, ut loquitur Imperator, *decimationem praedii ſui*, *cenſum oppido perſolventem*, benigne & liberaliter his legibus addixit; ut uſus & fructus decimarum ſacerdotis eſſet: hic ipſemet, nec vicarius, rebus divinis deſerviret: ſui Imperatoris, vita defuncti, omniumque parentum ipſius & heredum memoriam iuſtis ſacri piacularis procurationibus identidem ſanciret: cives denique diem eiusdem emortualem ſacris anniverſariis ſollemniter celebrarent. Atque haec pia *Friderici II* liberalitas quanto teſtatior eſt; quippe cuius memoria etiamnum publicis illius litteris conſignata exſtat **, tanto incertior, addo etiam

* Haec diva, ſi quidem viva fuerit, adeo obſcura eſt atque ignota, ut adhuc nihil de ea proditum invenerim, niſi quae in illo tam dubio, tamque controverſo *Martyrologio Romano* p. 226 edit. noviſs. *Colon.* de morte eius, pro veritate religionis Chriſtianae oppetita, in hanc ſententiam ſcripta leguntur; *Sub pridie Idus Octobris*, Caeſareae *in Palaeſtina Sanctae* Fortunatae *Virginis & Martyris*, *quae in perſecutione* Diocletiani *poſt equuleum*, *ignes*, *beſtias*, *& alia tormenta ſuperata*, *ſpiritum Deo reddidit*: *cuius corpus poſtea* Neapolim *in Campania delatum fuit.*

** Eas infra proferemus, ubi de *Anvillanorum* iure civitatis dicendi locus erit; quippe quod in eisdem perſcriptum eſt.

Digitized by Google

etiam diſſimilior ea, quam illuſtris Topographus, *Zeilerus*, commemorat *: templum illud ab Imperatoris filio, *Conrado* **IV**, Caeſare, vel ſecundum alios, ab *Henrico* VII, Imp. *Coenobio Vterinae vallis*, *ſive Euſſersthalenſi* donatum fuiſſe. Neque enim ullum eius rei teſtem ex annalium, aut veterum tabularum monumentis protulit, neque ego quidquam adhuc reperi, quod talem donationem ab alterutro Auguſto factam eſſe probaret. At illud contra certiſſimum, unde fortaſſe iſta *Zeileri* narratio nata eſt, penes *Coenobium Euſſersthalenſe* ius fuiſſe nominandi, qui templo praeeſſet, ſacerdotis. Manifeſtum hoc ex eadem permutationis tabula, qua *Ioannes*, Abbas, eiusque Sodales anno CIↃCCCCLXVII *Ludovico I*, Comiti Palatino ad Rhenum ac Duci Bipontino, omnibusque ipſius ſucceſſoribus, praeter alia illud ipſum, quod dixi, ius in perpetuum transſcripſerunt **. Sed ne quid veterum in ae-

* Topogr. *Palatinatus Rheni*, cap. *Anweiller*, p. 12; Dem (**Cloſter Euſſersthal**) auch Conradus IV (al. Henricus VII) die Pfarrkirchen zu gedachtem Anweiler geſchencket hat.

** Ut ea, quae de iure iſto dixi, nihil habeant dubitationis, ſubiiciam hic ipſa tabulae verba; cuius potior pars in eis, quae libello rariori; Gründliche ausführliche **Information**, wie es mit . . . Occupirung . . . **des** Kloſters **Hornbach** . . . hergangen, adiuncta ſunt, N. XL, p. 156 & ſeqq. exſtat. Wir Bruder **Johannes** von Göttlicher Vorſehung Abte und Convent gemeinlich **des** Cloſters **Uſſersthal** Grawes Ordens von Cyte:s Speyrer Biſtumbs, erkennen uns offentlichen, und thun kundt . . . . . Dargegen und angeſehen, daß ſolche Wieſen und Böſch zu andern unſers Cloſters Nutze wohl dienende ſyn, ſo haben wir nach Rathe unſerer gute Freunde vor uns, und alle unſere Nachkommen, dem vorgenanten unſerm gnädigen lieben Herrn, Hertzog **Ludwigen**, ſynen Erben, oder Inhelter diß Briffs mit

Digitized by Google

aedem *Anvillanam* promeritorum ſilentio praeteream, memorandum mihi ſacrum quoddam beneficii genus, ab iſta, quam laudavi, *Friderici* Imp. liberalitate penitus diverſum. Id vero in illa abhinc amplius annis quadringentis & quinquaginta poni coepit ab uno Patriarcha, duobus Archiepiſcopis atque Epiſcopis decem, gregalibus famoſi illius Papae, *Joannis* XXII. Hi enim, neſcio cuius aut quorum rogatu impulſuve commoti, ut Anvillanorum ac vicinorum ſtudia ad aedem iſtam feſtis maxime diebus anniverſariis frequenti conventu celebrandam, &, quod in huius officii ſimulatione vel maxime latebat, ad eandem novis beneficiis idemtidem ornandam, allicerentur, ſollemni diplomate *Avenione* miſſo, eis omnibus, qui quae in eo ex uſitata formula praeſcripta erant ſanctioris generis officia & munera, exſequuti eſſent, animadverſionem poenasque, quae hominum delictis ritu Eccleſiae Romanae expiandis conſtitui ſolent, per quadraginta Indulgentiarum, ut loquuntur, dies remiſerunt; atque ita, ſi, quod fieri conveniebat, Epiſcopus dioeceſanus eam remiſſionem aſſenſu ſuo comprobaturus eſſet *. Neſcio autem, qui fa-

---

mit ſynem guten Wiſſen und Willen, alle unſere Zehende, und Gerechtigkeit in der Gemarcke und Bezürcke zu Anweiller, und ein Zweytheil der Zehenden zu **Sarnſtall** mit **Lyhung** der Pfarre und Altare zu Anweiler, und das Gemälde genant der **Hermersberg**, in der Pflegen by **Falckenberg** gelegen, jedes mit aller und jeglicher Gerechtigkeit, und Zugehörde .... Zu rechter erblicher, ewiger Eigenſchafft, vor uns und alle unſere Nachkommen übergeben und zugeſtallt, uns und alle unſere Nachkommen davon entſetzt, und enterbet, ꝛc.

* Non ovum ovo ſimilius eſt, quam huic diplomati illud, quod tempore *Clementis VI* Avenione pariter datum *Leuckfeldius* inter ve-

factum fuerit, ut, cum ex iſto tempore illius perſonam duo ſuſtinuiſſent, eorum demum ſucceſſor, *Walramus*, Veldentiae

teres chartas *Capellae S. Barbarae in ſuperiore Rode*, *Meybaumii Chron.* Parthenonis *Mariae Montis prope Helmſtadium*, ſubtextas p. 144 & ſeqq. protulit: nec diſſimile utrique, quod ſub *Innocentio VI*, Paparum Avenionenſium quinto, perſcriptum *Kettnerus* in *Antiquitatibus Quedlinburgenſibus* p. 467 & ſeqq. exhibet. Quamquam vero & aliae eiusmodi tabulae ab hiſtoricis, huius praeſertim ſaeculi, quam plures editae ſunt: tamen cum in hoc genere nimium quod eſt non offendat veterum litterarum ſtudioſos, &, quod caput eſt, cupiam grate reddere, idque publice, quae privatim utenda accepi: teneri non poſſum, quin & illius tabulae, quae iſtorum eſt Antiſtitum, & alterius, qua eorum indulgentiam ratam habuit *Walramus*, Epiſcopus Spirenſis, exemplum ex utriusque autographis, liberaliter ad me miſſis, hic ſubiungam.

Univerſis Sancte Matris Eccleſie filiis, ad quos preſentes littere peruenerint. Nos miſeratione diuina frater Yſnardus Patriarcha Antyochie. frater Ruſtanus Neopatonen. frater Raymundus Andrianopolen. Archiepiſcopi. frater Jacobus de Cabano. Petrus Achitonen. frater Barthomeus Cernicen. Berengarius Carpentaren. frater Petrus ciuitatis noue. frater Petrus Narnien. frater Andreas Croenſis. frater Egidius Adrianopolitani. frater Guilhelmus de Dmo tartaror. & frater Guilhelmus Cunavien. --- Epyſcopi. Salutem in Dno ſempiternam.

Splendor paterne glorie, qui ſua mundum ineffabili illuminat claritate, pia uota fidelium in ſua clementiſſima maieſtate ſperancium, tunc precipue benigno fauore proſequitur, dum ipſorum devota humilitas ſanctorum ſuorum meritis & precibus adiuuatur. Cupientes igitur, ut Eccleſia parrochialis ſancte Fortunate in Anenwilre, Spirenſis dioceſis, congruis honoribus frequentetur, & ob eius piam interceſſionem apud Dominum a Chriſti fidelibus iugiter ueneretur, omnibus uere penitentibus & confeſſis, qui dictam Eccleſiam in feſto ipſius ſancte Fortunate, in dedicatione Eccleſie, in feſtiuitatibus Domini noſtri Iheſu Chriſti, vi-

 de-

tiae Comes, tredecim poſt annos, quod iſti ſacrorum Antiſti-tes dederant, diploma ratum haberet. Enimvero cum te-trae illae mediorum temporum tenebrae, veritati divinae ac pu-

delicet Natiuitatis, Circumciſionis, Epiphanie, Palmarum, Paraſceues, Reſurrectionis, Aſcenſionis & Penthecoſtes, omnibus diebus dominicis, quatuor feſtiuitatibus glorioſe Virginis Marie, in feſto beati Iohannis Baptiſte, ac beati Mychahelis, Beatorum Petri & Pauli, ac aliorum omnium Apoſtolorum, Beatorumque Martini, & Nycolai, Epiſcoporum, & beatarum Katherine ac Cecilie Virginum, omniumque ſimul ſanctorum cauſa devotionis & orationis acceſſerint annuatim, vel qui Plebanum dicte eccleſie in deportatione ſalutaris Eukariſtie, ſacri videlicet corporis Domini ad infirmum, & eiusdem deportationem ſecuti fuerint reverenter. Et qui ad libros, Caſulam, Calicem, & alia preparamenta ſacerdotis & altaris; aut qui ad fabricam & ornamenta alia dicte eccleſie manus ſuas porrexerint adiutrices. Et qui cymiterium ipſius Eccleſie circuierint, orationem dominicam pro omnium fidelium defunctorum ſalute devote orantes. Nos de Omnipotentis Dei miſericordia, beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius meritis & auctoritate confiſi ſinguli noſtrum ſingulas Quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis in Domino miſericorditer relaxamus. Dummodo loci Dioceſanus ad id conſenſum prebuerit & aſſenſum. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra duximus preſentibus appendendum, Datum Avinione, anno Domini milleſimo, trecenteſimo, decimo octavo, Kalendis Februar. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris domini Iohannis Pape. Viceſimi ſecundi. Anno ſecundo.

Atque ab extrema huius membranae parte, quae complicata duplex eſt, Antiſtitum ſigna, nomine & titulo ſingulorum ſupra unumquodque in ea inſcriptis, directo ordine dependent. Sunt autem ceris rubris, eisque oblongis impreſſa, pendentque e longis funiculis ſericis partim viridis, partim rubri coloris, quorum ſuis quisque extremitatibus in membranam immiſſus, atque inde in ſemet ipſum implicatus exiens per ipſam ceram, nodis acceptis, traiectus eſt. Ceterum inſcriptiones & figurae in his quidem ſignis expreſſae maximam

purae religioni adhuc offuſae, Evangelii luce rurſus effulgente, *Anvillae* etiam divinis auſpiciis diſcuterentur; interiit iſta veniam peccatorum piis eiusmodi actionibus redimendi ratio ſimul cum ipſis ſacris, quibus templum dicatum erat *; idque

mam partem ita fractae contuſaeque ſunt, ut nihil inde notatu dignum afferre liceat.

Iam in membranula, maiori illi loro illigata membranaceo, breve hoc *Walrami* diploma exſtat;

Walramus Dei Electus confirmatus Eccleſie Spirenſis Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis ſalutem & ſinceram in Deo caritatem. Cupientes quoslibet fideles ad deuocionis opera ſalubriter incitare ut obinde non ſolum preſentis vite ſubſidium ſed eciam retribucionis premia conſequantur omnes indulgencias opera caritatis, perficientibus in Eccleſia ſancte Fortunate in Anewilre noſtre dioc. per Venerandos patres Archiepiſcopos & Epiſcopos contentos in literis, quibus he noſtre litere ſunt transfixe miſericorditer elargitas ratas habentes & gratas in Dei nomine confirmamus. Omnibus eciam Chriſti fidelibus opera caritatis in dictis literis contenta perficientibus quadraginta dies iniuncte penitentie miſericorditer in Deo relaxamus. Date anno MCCCXXX feria ſexta infra octas Penthcte.

* Contigit hoc, cum ſacra in terris Bipontinis conceſſu ac beneficio laudatiſſimi Principis, *Ludovici II*, Comitis Palatini ad Rhenum, qui inter primos Imperii Principes atque Ordines purioris religionis doctrinam cultumque cupide amplexus eſt, &, quem is in tanto negotio agendo non ſine divino Numine ſibi oblatum adhibuit, *Iohannis Suebelii*, Pforzhemenſis, opera & labore emendarentur; quemadmodum huius omnino optimus, nec vero *degener filius*, ut hocce maledicto a *Matio in annott. variis in vitam Reuchlini* pag. 72 iniquius figitur, *Henricus*, Cancellarius Bipontinus, in deſcriptione vitae paternae, *Centuriae epiſtolarum* maximam partem a diverſis theologis ad parentem ipſius ſcriptarum, *opuſculisque* eiusdem *germanicis* praefixa, & *Melchior Adami* in ea, quam in vitis *Theologorum Germ.* ex-

Digitized by Google

que civibus, qui *Evangelici Reformati* appellantur, aſſignatum, ipſorum quoque proprium, nemine interpellante, usque eo manſit, quoad

---

exhibuit, uberius expoſuerunt; itemque ſummatim *Altingius in Hiſt. de Eccleſiis Palat.* l. XVII, p. 41, edit. *Iſingk.* & *Struvius* in *Palat. Hiſt. eccles.* p. 27; qui tamen nota * oſcitans allucinatus eſt. Nam ut illuſtraret, quae ſupra de ſacris emendatioribus, *Lud. II* auſpiciis, in terras Bip. inductis, poſuerat, non verba ſolum affert eo ſpectantia *Parei*, quae is a primo, quem laudavi, *vitae Suebel.* ſcriptore mutuatus eſt, ſed ea quoque, quae ſunt *Rabi*, *Superint. Vlm.* ſcribentis an. 1559, cum iam multo ante ſacrorum in Bipontinis mutatio facta eſſet, ad amicum; *Gratulor revera nobis & Eccleſiae, talem nobis vicinum contigiſſe.* Iam his ipſis verbis putat *Struvius* laudari *Ludovicum* Ducem, non cogitans, hunc iam anno 1532 morte immatura vitam finiviſſe, atque alioquin, ſi adhuc vixiſſet, Ulmenſium non fuiſſe vicinum, nec recordans, a *Rabo* ſcribi de *Wolfgango*, *Ludovici* filio & ſucceſſore; quippe quem plane paulo ante expreſſe nominat, eumque continuo vicinum, quod is in poſſeſſionem *Ducatus Neoburgici*, *Sueviae* finitimi, atque ipſi ab *Ottone Henrico* relicti iſto ipſo, quo ſcripſit Rabus, anno venerat. Sed ut ad ſacra *Anvillae* emendata propius accedam, putem ego, primum, qui illius cives ad verum Dei cultum erudiendos, atque ipſa ſacra ex divinis praeceptis obeunda ſuſcepit, fuiſſe *Bernhardum Portium* illum, quem *Suebelius* pater, inſcribens ei LXXX *centuriae*, modo citatae, epiſtolam, *verbi Domini miniſtrum in* Anweiler *diſerte vocat*, eumque & duos alios Symmiſtas, eadem epiſtola appellatos, rogat, ut capita *Concordiae*, opera maxime *Mart. Buceri* Wittebergae initae, ſimul cum ceteris dioeceſis Tabernae montanae ſacerdotibus ſubſcribant. Virum fuiſſe pium reique in primis eccleſiaſticae bene conſtituendae valde ſtudioſum, vel inde intelligi poteſt, quod in eis numeratur, qui inſtituerant, &, conventu an. 1538 celebrato, decreverant, ut quotannis ſemel, vel bis dioeceſis, quam dixi, Symmiſtae convenirent, *tractaturi*, ut ſcribit, qui conventui praeſediſſe videtur, *Nic. Thomae* ad *Suebelium* in epi-

Digitized by Google

quoad in illa turbulenta tempeſtate, cum Galli terras Bipontinas dominatione regnoque *Camerarum*, quae *Reunionis* voca-

epiſtola *Cent. cit.* XC, *negotia eccleſiaſtica, miniſterium etiam concernentia, ut, quantum fieri poſſet, eſſent in adminiſtratione verbi & Sacramentorum & ceteris quibusdam ritibus concordes & pares;* eaque res *Portio* quidem adeo cordi fuit, ut, teſte eodem *Thoma* de dilatione ſecundi conventus, eodem illo anno agendi, propter abſentiam *Buceri*, qui ei intereſſe voluerat, facta acerbe expoſtulaverit. Eum quoque eandem religionis doctrinam profeſſum eſſe, quam ipſe princeps ſacrorum corrector atque emendator, *Suebelius*, tradidit, declarat, qui in altera parte opuſculorum *Sueb.* Germ. p. 353 extat, libellus, *Doctrina* inſcriptus. Eum enim & *Suebelius*, & ipſe *Portius* & octo Symmiſtae communi ſententia compoſitum & a ſingulis a. 1539 ſubſignatum Principibus, tum temporis tutoria poteſtate rebus Bipontinis praeſidentibus, eo conſilio exhibuerunt, ut illis rationem doctrinae ſuae, & quibus rebus eccleſiae recens emendatae ſtatus confirmandus eſſet, exponerent. Sed quando in iſtam *Portii* mentionem incidi, haud ab re duco, illud nunc agere, quod noſtratibus, & maxime eis, qui ſacri ſunt ordinis, non uno nomine gratum acceptumque fore auguror, ut breviter percenſeam, qui adhuc poſt *Portium* ſacrorum oratorum munere officioque in hoc primario Anvillanorum templo functi ſunt. Nam quod ad eos attinet, qui eidem ante emendationem religionis praefuerunt, duos tantum habeo, quos commemorem, *Petrum Deſſlacht* & *Iohannem Lauwer*, non quod re aliqua ad memoriam inſignes ſint (nihil enim de utroque, praeter ſola nomina, traditum inveni) ſed quod antiquas, quibus produntur, litteras hic in lucem proferre cupio. Pertinent enim ad confirmandum ius, ut vocari ſolet, praeſentandi, quod a coenobio Euſſersthalenſi ad Sereniſſimos Comites Palatinos Rheni, eosque ſtirpis Bipontinae, translatum eſſe, ſupra demonſtravi. Atque eius primum generis ſunt litterae, quibus Dux *Ludovicus*, cognomento *Niger*, *Deſſlachtio* ſacerdotii Anvillani cum alio, haud dubie pinguiori, commutandi poteſtatem dedit.

catae fuere, oppreſſas tenebant, in id ſacerdos, priſtina ſacra curaturus, irreperet. Contigit quidem, ut is, cum *Caro-*

Nos Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, & Comes Veldentie, *Univerſis & ſingulis notum facimus per preſentes, quod nos Honorabili Viro, Domino* Petro Deſslacht, *Flebano in* Anwiler, *Spirenſ. dioceſ. cuius quidem preſentatio ſeu ius preſentandi ad nos pleno iure pertinere dignoſcitur, ut cum* Craffton Keller, *Capellano, altare* B. Virginis *in Parochia* Dienhem, *Wormatienſ. dioceſ. permutare poſſit & valeat, preſentium tenore liberum damus ac concedimus conſenſum pariter & aſſenſum: dummodo tamen non intervenerit fraus, dolus vel alia ſymoniaca prauitas, ſeu quaevis alia pactio illicita. In quorum evidens teſtimonium preſentes literas appenſione ſecreti noſtri fecimus communiri. Datum* Geminipontis *ipſa die martirum Iohannis* & *Pauli*, anno MCCCCLXXVIII.

Iam idem ius ſibi vindicavit Dux *Alexander*, Ludovici filius in ordinatione civitatis Anvillanae, ſupra p. 49, n. * cit. deque eo ita conſtituit; Es ſoll auch itzt der Pfarher und Here Johann Lauwer und nachmals was von Pfarrer und Altariſten von uns dahyn preſentirt worden, und begabt würdt, dem Burgermeiſter und Ratt ein Brieff über ſich geben, als wir dan deßhalben ein Forme begriffen und Jne übergeben laſſen haben.

Sequuntur igitur, quos maxime ſpecto, emendatioris religionis interpretes, perinde enumerandi, uti ex ordine temporum, quibus alter alteri, vel alii eccleſiae praepoſito, vel vita defuncto ſucceſſit, tum in ſacro eccleſiae Anvillanae commentario, tum in manuſcriptis extant tabulis enumerati; in quas Vir graviſſimus doctiſſimusque, *Io. Iac. Germanus*, Antiſtes dioeceſis *Tab. mont.* & Druſiuillanus Eccleſiaſtes, omnium verbi divini miniſtrorum, quotquot quidem e variis monumentis eruere potuit, in ſingulas, quibus praefuerunt, illius dioeceſis eccleſias digeſtorum ſeriem incluſit. Succurrent vero interdum minus omnibus nota, quibus pleroſque illuſtrem, atque ea ſimul, quae in tabulis ad nomina illorum adſcripta ſunt, breviter augeam. Sed ad rem.

1.

Digitized by Google

rolus XII, Suecorum Rex, avitum hunc Ducatum *Pace Riſ-vi-*

I, *Ioſephus Fontanus*, germ. *Brunner*, Wormatienſis, *Leonhardi Br* ſacerdotis Landavienſis filius; an. 1556--1593, quo ei muneris, relictis, unde ſenex viveret, annuis, vacatio data eſt. Obiit an. 1601.

II, *Paulus Francius*, munere functus menſes circiter 18.

III, *Wenceslaus Gottfridi* exeunte an. 1594 usque ad 1596, quo ipſo propemodum circumacto Superintendens & Eccleſiaſtes *Tab. mont.* factus eſt. Ei vero quo ſanguinis nexu cohaereat ille *Wencesl. Gottfr.* qui alicubi *Superintendentis in Reichenbach* dignitate ornatus memoratur, filiumque habuit *Io. Anaſtaſium*, numeratum an. 1575 inter eos, qui ſuis quidem impenſis, ſed valde modicis in illuſtri Schola Hornbacenſi doctrinae ſtudiis operabantur, ac poſtea eccleſiis, *Epiſcopivillanae & Ilbesbemenſi*, praepoſitum, exquirant, quibus talia & licet & libet exquirere.

IV, *Fridericus Gottfridi*, qui primum Diaconi in eccleſia Tab. mont. deinde parochi, quem vocant, in ea, quae *Albertivillae* eſt, munere functus ſuperiori, parenti ſuo, an. 1596 ſucceſſit, ac vel 1612 obiit, ut quidem in comment. eccles. notatur, vel ſecundum tabulas citatas, an. iam 1610, d. 2 Nov.

V, *Conradus Roderus*, natus in vico Comitatus Sainenſis, qui dicitur *Schoenſtein*, patre *Io. Rodero*, eccleſiae *Steinſelzenſis*, quae hodie ob ſedem ſacerdotalem, in confini vico *Rott* collocatam, dicitur *Rottenſis*, miniſtro, cui inde an. 1596, ut alicubi ſcriptum legi, alio translato, filius *Thomas Rod.* ſubſtitutus fuit. *Conradus* autem ille ad menſam receptus publicam Gymnaſii Hornbac. quinque huius ſpatia ita emenſus eſt, ut frugi adoleſcentis laude ornatus in academiam Heidelbergenſem diſcederet. Unde reverſus eccleſias, *Hunsbacenſem & Anvillanam* regendas ſuſcepit, atque hanc quidem 1611, vel, ut *Anvillani* volunt, 1612.

VI, *Io. Wernigk*, Hornbacenſis, patre natus, Viro optimo atque doctiſſimo, *Chriſtiano Wern.* Doct. med. ac Prof. Gymnaſii Hornbac. in quod ipſum, parente Spirae, quo is e ſchola dimiſſus medicinae ex-er-

vicenſi redditum ſibi reſtitutumque adiiſſet, neque in illam famo·

---

ercendae gratia cum ſuis conceſſerat, mortuo, a tutoribus miſſus: primum id ſuis ſumtibus, deinde in locum fratris *Io. Danielis*, cum hic munus hypodidaſcali Tab. mont. ſuſcipere iuſſus eſſet, ſurrogatus publicis frequentavit, ac poſtea Diaconus eccleſiae *Tab. mont.* factus eſt, antequam Anvillanae praeeſſe coepit. Praefuit autem, ſecundum commentarium eccleſiae, ex an. 1621 usque ad 1640: at in tabulis *Germani* illi iam an. 1638, m. Oct. ſucceſſiſſe dicitur *Iuſtus Moerſellius*, Wilgartswiſenſis, eccleſiae primum *Hambacenſis* ad *Queicham*, dein *Leinſvillanae* miniſter. Sed nos hic commentarium illum potiſſimum ſequimur. In eo autem, omiſſo *Moerſellio*,

VII Eccleſiaſtes eſt *Bartholomaeus Candidus*, *Pantaleonis Candidi*, ſacrorum in *Ducatu Bip.* Antiſtitis & magna rerum divinarum ſcientia, & gravi, quod ei communis ille Germaniae magiſter, *Melanchton*, converſo eius nomine germanico Weiß in illud latinum *Candidi*, dedit, integritatis ac fidei teſtimonio longe ornatiſſimi ex filio unico, *Samuele*, Bipontino itidem, poſt diverſas eccleſias praeclare adminiſtratas, Antiſtite nepos, natus *Hornbaci* Cal. Ian an. 1606, ubi & Gymnaſii alumnis adſcriptus animum doctrina excolere coepit, eundemque, cum *Herbornenſem*, *Sedanenſem* & *Baſileenſem* Academiam petiiſſet, divinarum litterarum cognitione ita inſtruxit, ut domum reverſus ſtatim probaret, ſe dignum eſſe, cui eius in uſus publicos explicandae facultas daretur. Itaque ei an. 1632 Diaconi *Tab. mont.* deinde biennio poſt ſacri oratoris munus, quod in aula Sereniſſimae *Chriſtiani I*, Ducis *Birckenfeldenſis*, Coniugis *Magdalenae Catharinae* obiret, delatum eſt, idque ab eo ita adminiſtratum, ut, cum aulae iſtius ſedes, ob impendentem belli tricennalis tempeſtatem, *Argentorati* in tuto collocaretur, is inde diſcedens inſigne fidei ac diligentiae, in omni muneris functione praeſtitae, teſtimonium ſecum *Anvillam* auferret. Ibi enim exinde illud, quod eccleſiaſtis eſt oppidani an. 1940 d. 13. Sept. ſuſcepit, ſuſceptumque pari laude ad annum usque aetatis 61 ſuſtinuit; quippe terrae mandatus an. 1567, d. 27 Nov. poſt

moſam, atque eis maxime, qui cis Rhenum incolentes emenda-

poſtquam menſe Octobri eiusdem anni novo quodam munere fungi coeperat. Nam quum eo tempore tanta eſſet in *Tabernaemontana* maxime & *Meiſenbemenſi* dioeceſi publicorum Evangelii miniſtrorum, in rebus eccleſiaſticis ſollerter prudenterque adminiſtrandis exercitatorum, penuria, ut, quando dioeceſi praeficiendus erat, quem recentior aetas *Superintendentem* appellat, vix aut omnino non inveniretur, qui ad iſtius perſonam ex dignitate atque utilitate eccleſiarum, dum viveret, ſuſtinendam ſatis eſſet aptus inſtructusque; decrevit, qui tum Bipontinis imperabat, omnique ſtudio ad rem eorum ſacram ſalutaribus inſtitutis legibusque firmandam incumbebat, *Fridericus Ludovicus*, Princeps pius ſapiensque, *Io. Martino Manderſchidio*, ſacrorum dioeceſis *Tab. mont.* Antiſtite, demortuo, ut interea *Fratres*, qui vocantur *Claſſici*, exeunte tertio quoque anno, in unum congregati ſuorum e numero duos, ad res eccleſiaſticas tractandas maxime aptos, eligerent, quorum uni, *Inſpectoris* titulo ornando, ipſe poſtea eccleſias ſcholasque dioeceſis in triennium regendas committeret, quoad rurſus res poſſet ad priſtini regiminis ſimilitudinem revocari. Illi igitur quum in ſuffragium iviſſent, *Candidus*que octo puncta tuliſſet, & *Beerius*, ſacerdos Rottenſis, quinque: placuit Principi, ut prior quidem dioeceſi praeponeretur, ſed ſimul inter alia admoneretur, ut in omni muneris ſuſcipiendi procuratione, in primisque in diſciplina eccleſiaſtica exercenda debitam adhiberet moderationem, nec ſacris concionibus ad notanda atque animadvertenda quorundam hominum delicta abuteretur. Erat enim ſeveritatis paullo durioris, ac ſaepenumero magis impetu quodam animi ac praeiudicatis opinionibus regebatur, quam conſilio & iudicio.

VIII., *Iuſtus Bartholomaeus Wogs*, Hornbacenſis. Is vero, quum id pridem ageretur, quod eccleſiae *Anvillanae* rationibus conducere maxime videbatur, ut, cui alioquin concionis, ſingulis diebus ſolis poſt meridiem in ea habendae, partes impoſitae erant, ſacerdos *Hambaci*,

Digitized by Google

datiorem religionem profitentur, tam gravem & moleſtam con-

---

baci, vici ſuburbani, in ipſo oppido habitaret, anno 1667 ab eccleſia *Hambacenſi*, quam annos viginti ſeptem gubernaverat, ad *Anvillanam* traductus eſt, ac primum ſolus utriusque curam per biennium egit, dein cum altero, de quo ſtatim dicemus. Floruiſſe eum exiſtimatione dexteritatis & prudentiae, vel inde apparet, quod an. 1671 delectus eſt, qui munus Antiſtitis dioeceſis *Tab. mont* a *Beerio*, ſacerdote *Rottenſi*, propter obtuſiorem oculorum aciem aliaque ſeneſcentis corporis incommoda depoſitum ſuſciperet; quin idem ipſi in alterum triennium continuatum. Obiit autem anno 1678.

IX, *Daniel Hartung*, *Anglus* vulgo dictus, quod in *Anglia* natus erat ipſo patre *Anglo*, qui in *Palatinatum Rheni* delatus *Boxbergae* emendatioris religionis interpretem egit. Ille vero via, qua in terris Bipontinis ad ſacerdotia perduceretur, inventa, primum eccleſiae *Landsbergenſi*, ut in tabulis *Germani* traditur, duos annos praefuit; deinde *Anvillae* an. 1669 alter miniſter conſtitutus labores curasque utriusque eccleſiae *Anvill.* & *Hamb.* adminiſtrandae cum *Wogſio* ex aequo partitus eſt, ac poſt mortem collegae ipſum geminum, quem is ſuſtinuerat, honorem, primi videlicet ſacerdotis oppidani atque Antiſtitis *Tab. mont.* & cepit & ſanctiſſime uſque eo geſſit, quoad d. VI Iun. anno huius ſaeculi XVII, aetatis LXXIII extinctus eſt.

X, *Io. Abrah. Hepp*, Meiſenhemenſis, cuius vitam, quum ſemper oratoriis ſcholae noſtrae exercitationibus mirifice faverit, ac de re eccleſiaſtica bene meritus ſit, dedita opera exponere par eſt. In illam autem introivit *Meiſenhemii* an. 1679, d. 15 Nov. patre natus textore ac Presbytero eccleſiae: quem etſi peradoleſcentulus amiſerat, curavit tamen & mater & maxime avus, ut bonis artibus mature inſtitueretur; cuius etiam officii facilem praeſtandi rationem habebant. Nam qui *Biponti* poſt interitum illuſtris ſcholae *Hornbacenſis* a *Friderico*, Duce, an. 1652 inſtauratus erat ludus litterarum, eum *Ludovicus Fridericus*, ſucceſſor, urbe paene tota a *Gallis* an. 1677 exuſta, *Mei-*

Digitized by Google

conditionis, quae iſtius pacis eſt quarta, appendiculam conſen-

---

Meiſenhemium, quod adhuc ſartum tectum manſerat, pro ſuo in litteras ac iuventutem eis deditam ſingulari ſtudio traduxit. In hoc igitur quum *Heppius* adoleſcens iuſtum ingenii cultum cepiſſet, in *Marburgenſem* profectus eſt Academiam; ubi ei contigit, ut, ſacro vitae generi dicatus, domi *Phil. Io. Tilemanni*, primarii theologiae Doctoris & Prof. ſexennium viveret, atque interea tum ab eo, tum maxime ab illius collega, *Lud. Chriſtiano Migio*, ſanctioribus diſciplinis egregie erudiretur. Ad ſuos vero an. 1705 reverſo, non una coeleſtis doctrinae, quam ſibi paraverat, copiam cum variis eccleſiis Bipontinis communicandi offerri coepit occaſio. Ac primum quidem a Principe *Carola Friderica*, quae ſuperioribus temporibus terras Bipontinas, initio *Galliarum* Regis, poſt *Caroli* XI, *Sueciae* imperantis, nomine aliquandiu gubernavit, ad ſacras conciones coram ipſa & reliquo coetu aulico habendas adhibitus eſt; quo quidem in munere ita ſe tractavit, ut ſumma Principis gratia frueretur. Neque tamen id amplius triennium obiit. Evocatus enim ab ampliſs. Collegio, cui regimen rerum Bipontinarum a Suecorum Rege commiſſum erat, ut ſacra *Barbelrodae*, vico Praefecturae *Tab. mont.* curanda ſuſciperet, paruit, eaque ita curavit, ut, quantum vita vitioſa *Io. Nic. Chevalierii*, *Viviſcenſis*, ab illorum procuratione amoti, univerſae eccleſiae obfuerat, tantum huic probitatis commendatione prodeſſet; nec ſe etiam multis & variis incommodis, quae ex militibus viam militarem, quae per iſtum vicum patet, frequentius tunc euntibus atque redeuntibus accipiebat, frangi atque a munere ſtrenue fungendo abduci pateretur. Liberatus hoc tam moleſto ſacerdotio, atque an. 1713 *Anvillam* translatus bis ibi *Hartungo* ſucceſſit: ſemel in locum ſecundi ſacerdotis; iterum an. 1717 in eum, qui primi eſt: unde vero, exeunte an. 1722, nec opinato malo decidit. Nam quum civitas anno huius ſaeculi viceſimo ſecundo notiſſimis illis agitaretur turbis, quae de tributo impoſito exortae erant, ambo eccleſiae miniſtri Principi

ſenſiſſet, removeretur: at minus illud, quod legitimi aedis poſ-

---

cipi *Guſtavo* veniebant in ſuſpicionem, a contumacibus ſtare, ſaltem non dediſſe operam, ut hi ipſorum admonitu imperata facerent. Itaque *Heppius* ſibi metuens, etſi culpa vacabat, in tutum ceſſit, ſperans fore, ut, ſpatio interpoſito, ira Principis deferveſceret, cauſaque cognita omni ſuſpicione neglecti officii liberaretur, atque adeo rebus ſuis optabilis exitus contingeret: neque eum ſpes fruſtrata eſt. Nam Princeps, quo nihil fieri poterat mitius aequiusve, perſpecta viri innocentia, Ianuario anni proximi exeunte, ei ſacerdotium eccleſiae *Baumholderenſis* primum mandari iuſſit, ac poſt undecim menſes, illud, quod eccleſiae eſt *Meiſenhemenſis* ſecundum; quanquam hoc ipſum, quum religioni haberet, coetum ſibi recens commiſſum tam cito relinquere, ſubiectiſſime deprecari coepit. Sed fruſtra. Iam enim, qui in eius locum ſuccederet, deſignatus erat. Denuo igitur abire iuſſus, abiit, conſolatus ſe tum conſcientia rectae voluntatis, tum etiam occaſione de municipibus ſuis optime promerendi ſibi oblata. Poſteaquam vero dioeceſis Meiſenhemenſis Antiſtes, *Smendius*, vir prudens & gravis, menſe Nov. an. 1735 e vita exceſſerat, ad primum ſacerdotium merito ſuo delectus eſt. Neque tamen Meiſenhemii, ut viri extremum vitae actum perſequar, ſacro eius miniſterio terminus datus eſt. Etenim quum ibi viginti quinque annos tranſegiſſet, & iam aetate eſſet provectus, lectus eſt a Presbyteris eccleſiae *Bipontinae* in locum viri venerabilis, *Car. Obermanni*, qui *Io. Paullo Bruchio*, Antiſtiti & eccleſiaſtae, ſucceſſerat, eamque lectionem non ſolum clementius comprobavit Sereniſſimus Princeps, ſed lecto etiam anno inſequenti honorem, qui cum iſto ſacerdotio adhuc coniungi ſolitus eſt, *Adſeſſoris* eccleſiaſtici pari clementia demandavit. Atque in hac gemina ſtatione quum de aſſiduitate & diligentia priſtina in omnibus officii partibus nihil quidquam remitteret: accidit tandem an. 1757, ut altero menſis Martii die, quo ante meridiem verba ad coetum fecerat, ac poſt meridiem aegros, frigida & tur-

poſſeſſores magnopere expetebant, ut ipſa etiam ſacra recens in-

---

turbida tempeſtate, uſque ad ſeram noctem viſitaverat, tanta gravedine & tuſſi affligeretur, ut utriusque vi, nullis frangenda remediis, abſumtus ſeptimo die ex his tenebris in lucem illam ſine ullo doloris ſenſu excederet. Vixit autem octo & ſeptuaginta annos, menſes tres & dies XXIII. Iam ſi ſpatium, quod, dum ſacra munia ſuſtinuit, emenſus eſt, annorum LII ſpectes, meretur omnino, qui in *Schediaſmate*, oppido eleganti, *Ioannidis de eruditis, qui apud* Bipontinos *per L vel plures etiam annos officiis praefuere publicis*, proximus poſt graviſſimos ſacrorum Antiſtites, *Willebrandum Moellentbilium*, avum uxoris ſuae, & *Abrab. Rauſchium* commemoretur.

XI, *Caſp. Kempf*, *Steinavia-Hanovienſis*, vir doctus & in rebus gerendis verſutus ac ſollers, qui olim e Bipontino, quod annos quinque rexit, Gymnaſio, quum id in meliori ſtatu collocaretur, ad eccleſiam *Pfeffelbacenſem*, atque inde in illo, quem ſupra attigi, rerum Anvillanarum tumore devocatus eccleſiae, unde *Heppius* deceſſerat, impoſitus eſt. Obiit an. cIↄ Iↄ CCXLIII, ſucceſſorque ei datus collega, (XII) *Io. Frid. Albert*, *Meiſenbemenſis*, & huic an. 1750 demortuo, alter miniſter (XIII) *Io. Adamus Muellerus*, *Horsbacenſis*; quem quidem eum eſſe, cuius officioſa ſedulitas in omnibus eis accuratius edocendis, quae de *Anvilla* ſubinde ſciſcitati ſumus, nunquam nobis defuerit, & hoc loco grate recordamur. Iam his, quos hactenus enumeravi, emendatioris religionis interpretibus ſubiungere poſſem, quos illi, inde a ſacerdotali ſede *Hambacenſi Anvillam* translata, ſocios atque conſortes laborum ſacrorum habuerunt: ſed quum ſuum cuique ſacerdotium, ob annuae mercedis tenuitatem, brevi tempore cum pinguiori commutare licuerit, atque in eorum locorum, quorum eccleſiis operam ſuam ad ultimum commodarunt, deſcriptione recenſendi ſint, ſuperſedeo novo hoc labore, eoque libentius, quod me in priorum recenſione nimis diu commoratum eſſe ſentio. Inciderunt autem, dum haec ſcripſeram, in manus meas lit-

Digitized by Google

introducta poſthac in ea peragi deſinerent. Acceſſit enim, atque etiam nunc accedit, illorum in ea templi parte, quae *Chori* nomen habet, curandorum gratia ſacerdos vici propinqui, qui *Wernersberg* vocatur, ac ditionis eſt *Leianae* *.

Iam

terae a *Mich. Phil. Beuthero*, Superintendente Bip. ad *Ioannem* II, Ducem, ſcriptae, quibus ſuam de eccleſia *Hambacenſi* ad *Queichamam Gallicae Anvillanae* inſerenda ſententiam exponit, atque, ut oſtendat, priorem, curatam olim a monachis *Euſſersthalenſibus*, etiam poſt ſacrorum emendationem peculiarem ſemper fuiſſe eccleſiam, ſingulos, quibus ea adhuc commiſſa fuerit, ſacerdotes ordine recenſet, atque ait, quartum, nomine *Vitum Wildprechtum*, antea *Anvillanae* praefuiſſe eccleſiae. Is igitur, mihi adhuc incognitus atque in illis etiam ſacerdotalibus dioeceſis *Tab. mont.* tabulis omiſſus, in ſuperiorem recenſionem, ne manca ſit, includendus: at quo loco, ex ipſa *Beutheri* recenſione colligere licet. Itaque eam hic ſubiungam, & quidem integram. Exhibet enim praeter alios, quos fruſtra in tabulis modo citatis quaeras, ipſos primos *Hambacenſis* eccleſiae miniſtros. 1) *Iac. Streck*, ex ludimagiſtro *Anvillano* factus primus evangelicae religionis apud *Hambacenſes* praeco. 2) *Io. Stelzer.* 3) *Werner*, antea ludi *Anvillani* magiſter. 4) *Vitus Wildprecht*, antea eccleſiae *Anv.* ſacerdos. 5) 1556 *Io. Becker* antea magiſter ſcholae *Anv.* 6) *Wendelinus Klett.* 7) *Marcus Walbach.* 8) *Henr. Dormunck.* 9) *Wilh. Willaeus.* 10) *Melch. Knod.* 11) *Henr. Hilsbach.* 12) *Thom. Cramer.* 13) *Dan. Hermannus.* 14) *Abrah. Friderici.* 15) *Io. Dan. VVernigius.* Iam ſi verum eſt, quod *Beutherus* ponit, *VVildprechto* a. 1556 ſucceſſiſſe *Beckerum*, nec quod ipſe p. 71, Germani tabellis nixus, poſui, eodem anno *Fontanum Anvillanam* rexiſſe eccleſiam, ſequitur neceſſario, eiusdem curam *VVildprechto* eo intervallo, quod interiectum eſt *Portium* inter & *Fontanum*, demandatam fuiſſe.

* De appendicula, ſive clauſula illa a Rege *Sueciae* aperte palamque

Digitized by Google

Iam alterum templum poſitum eſt in inferiore urbis parte, atque ita aedificatum, ut a priore & laxitate & dignitate multum ſuperetur **, ſpeciemque profani aedificii in aliquam formam conditionemque aedis ſacrae redacti praebeat. Triplici autem nomine appellatur; uno *Hoſpitale*, quod olim publicae domui, in meridiano oppidi angulo ſitae, qua aegroti &

---

que improbata & reiecta videſis cum *Ioannis* animadverſionem *in poſteriori hiſtoriae Bavarico-Palat. appendice* p. 496; tum maxime *Moſeri* libellum, ſupra p. 25 citatum, *cap.* 3, § 17, *p.* 152, *&* § 45, *p* 177.

** Quod ut pateat, nec quidquam eorum, quae *Anvillae* illuſtrandae gratia ad me miſſa ſunt, deſiderari patiar, ſubiiciam hic utriuſque aedis deſcriptionem, & quidem patrio expreſſam ſermone. Nam quum leviora huius generis noſſe nonnullos tantum ex noſtratibus iuvet, non videtur operae pretium, ea reddere latine.

Die Hauptkirche beſtehet aus dem Navi, oder Langhaus, ſo gegen Abend, dem Chor, ſo gegen Morgen ſtehet, dem Thurn und der Sacriſtey, ſo auf der Seite gegen Norden iſt. Der Eingang in dieſe beyde iſt inwendig im Chor. Der Giebel iſt von quater-Steinen aufgeführt, und die beyde Wände gegen Mittag und Abend aus gemeinem Mauer-Werck mit ausgeſetzten viereckigten Säulen, die ebenfalls von Quatern ſind. Inwendig befinden ſich ſieben Säulen, welche den Dachſtuhl und das hölzerne Gewölbe tragen; aber viele Danckelheit in der Kirche verurſachen. Das Chor beſtehet mit ausgeſetzten Säulen aus puren quater-Steinen, und iſt wie inwendig mit einem dauerhaften Kreutz-Gewölbe, ſo von auſſen mit daran geſetzten Säulen verſehen. In der gantzen Kirche befinden ſich 14 groſe Fenſter. Das Langhaus macht in der Länge ohngefehr 75 und in der Breite 40 Schuhe aus. Das Chor hat die Forme eines halben Monds, und iſt 33 Schuhe breit und 28 lang. Nur ein Thurn iſt an der Hauptkirche von dauerhaften Quatern, und machet mit der Sacriſtey einen Theil des

& pauperes hodieque excipiuntur, attributum fuit: altero *Francicum*, quoniam per annos LXXXII eis patuit, qui e *Francia* & *Belgio* in hunc Bipontinum tractum profugerant, atque a *Ioanne* I, Principum ipſi aequalium & purioris religionis propagandae tuendaeque ſtudio & reipublicae ſapientius regendae cura facile primo, cupide & libenter excepti *, *Anvillae* con-

---

des Mauer-Wercks im Langhaus, und beſonders des Chors aus. Im Jahr 1753 iſt auf den Thurn acht Schuhe Mauer-Werck mehr, als vorhin, und ein neuer Dachſtuhl geſetzet worden, ſo mit Schifferſtein gedeckt iſt. Zwey groſe und drey kleine Glocken ſind darauf. Vor 20 Jahren aber iſt eine Glock mit Widerſpruch der Gemeinde auf das Ober-Thor gehangen worden.

Betreffend die Spithal-Kirche, ſo iſt ſelbige von gemeinem Mauer-Werck auferbauet, und ſcheint ſehr alt zu ſeyn. Sie hat in der Länge 70 und in die Breite 20 Schuhe. Vornen auf dem Giebel, gegen Abend, ſtehet ein Thürnlein, welches nur ein kleines Glöcklein zu tragen vermögend iſt.

* Atque eo etiam magis, quod ſperabat, id ſe per illos conſequuturum eſſe, quod maxime cupiebat, ut civitas variis adhuc malis fracta ac debilitata, rurſus recrearetur; neque haec ſpes optimum Principem fefellit. Nam ea & opibus & frequentia ita creſcere coepit, ut, quum ante Gallorum adventum non eſſent amplius LXXXIV cives, poſt annos *XIII* ſupra ducentos numerarentur, ac publici reditus in dies fierent uberiores. Nec mirum: ſi quidem id egit Princeps, quo iſtius generis homines ad habitandum in terris oppidisque eorum Germaniae Principum, qui a reliquis *Proteſtantium* nomine diſtinguuntur, unice alliciebantur, ut primis colonis, ſacerdote & ludi magiſtro conſtitutis, itém templo, de quo ſupra dixi, aſſignato, optabilis ſtatim ſacris ſuis rite operandi eſſet facultas; cui quidem rei teſtimonio eſt tertium caput ſollemnis pacti, quod Principem in-

Digitized by Google

confœderant, ut ibi ſacra, fundamentis legis Evangelicae per
Cal-

---

inter & veteres oppidi ſeſſores de exulibus iſtis in civitatem ſuſcipiendis an. 1593, d. 12 Sept. convenit, atque his verbis perſcriptum eſt.

Zum dritten; Nachdeme Ihre Fürſtl. Gnaden auch mehr berührten einziehenden Welſchen Chriſten undt Burgern ihre eigne Kirch und Schuhl zu haben, undt darinnen die Predig des Evangelii, auch Adminiſtration der H. Sacramenten in ihrer angebohrnen Sprach zu hören, undt vermög GOttes Worts undt der Frantzöſiſchen Reformirten Kirchen-Ordnung, wie ſolch bisher ahn andern Orthen in Teutſchlandt auch in Brauch geweſen, Chriſtlich zu üben, gnedig bewilligt; wie Ihre Fürſtl. Gnaden dann allbereit zu dem Ende einen Frantzöſiſchen Prediger, beneben einem Schuldiener daſelbſt hien beſtellet undt angenommen haben: ſo ſoll Ihnen darzu, dieweilen die Verrichtung ſolcher Kirchen Dienſten, bevorab Winters Zeiten nicht wohlfüglich in einer Kirchen geſchehen kündten, undt damit kein Theil den andern verhindere, zum Anfang die Kirche bey dem Spitthal zu Annweyler in der Statt gelegen, eingeraumbt und dieſelbige durch den Kirchen-Schaffner Neucaſtler Ambts alsbaldt vermöge Ihme gegebenen Bevehls von den Kirchen Gefellen nach Nottuifft zugerichtet; fürters aber von Ihnen den neuen Burgern in gutem Bauw und Beſſerung erhalten und gehandhabt werden. Undt demnach, wie gemelt, ſolche Kirche dem Spitthal gehörig, Sie die frembde Burger auch in ihrer Kirchen in den Sonntäglichen Predigen das Allmuſen zu ſamblen pflegen; ſo ſollen Sie von undt aus demſelben jährliches in das Spitthal, zu Steuer undt beſſerer Underhaltung der armen Leuth darinnen, ahn ſtatt eines Zins zwey Gulden zu geben ſchuldig ſeyn. Quin etiam, ut novos hoſce cives initio omni graviore onere impenſaque levaret, ſatis magnam, qua ſacerdos ſacra curaret, mercedem non quidem in perpetuum, ſed ſemel atque iterum in quinquennium conſtituit. Ex quo accidit, ut, quum eam, qui ſucceſſerunt Principes, temporum triſtitia anguſtiisque aerarii impediti non amplius integram, ſed

**Calvinum, virum ſanctiſſimum, Deo bene iuvante, de inte-
gro**

exiguam eius partem ſuppeditare poſſent, neque coetui, ad paucos eosque tenues redacto, liceret, tantum adiicere, quantum ad alendum ſacerdotem ſatis eſſet, ipſum tandem ſacerdotium interiret. Iam ſingulos, qui eidem, dum viguit, praefuere, breviter hic pro inſtituto, quod in ſacerdotibus eccleſiae Germanicae tenui, ex actis, quibus res iſtius eccleſiae continentur, in medium proferre libet. Recenſentur quidem in tabulis illis dioeceſis *Tab. mont* ſacerdotalibus *Germani*, &, quo is adiutore uſus eſt, *Frid. Dan. Keſsleri*, ſacerdotis, dum vixit, *Barbelrodenſis*, ſed ita, ut, quum duo praetermittantur, facile appareat, neceſſaria ipſis ad eos ordine recenſendos defuiſſe ſubſidia. *Primus* autem fuit *Andreas Mazieres*, *Andr. Mazieres de la Place*, eccleſiae *Ruppellanae* miniſtri filius, qui, quum e patria in inferiorem *Rheni Palatinatum*, coetibus Francorum Belgarumque, ob purioris religionis profeſſionem exulantium, paſſim tum temporis frequentatum, veniſſet, atque aliquamdiu apud *Sim. Curteſium* (*Courtois*) eccleſiae *Wallonicae*, *Schoenavii* inſtitutae, miniſtrum commoratus eſſet, Duci *Ioanni*, quaerenti, cui Anvillanum ſacerdotium mandaret, ab *Ant. Renalto* (*Renault*) eccleſiae *Lampertanae* ſacerdote, de meliori nota commendari coepit: nec falſo. Nam & *Marco Zum Lamm*, Conſiliario ſacro atque Acad. Heid. Rectori, & *Dan. Toſſano*, ſacrarum litterarum Doct. & Prof. duobusque, quos modo commemoravi, miniſtris & *Io. Grenonio*, Gall. eccleſ. *Heidelb* Paſtori, quum Ducis rogatu ſcientiam iuvenis tentarent, ita ſe probavit, ut eum ad eccleſiam regendam ſatis inſtructum eſſe teſtarentur. Sacrorum igitur ſollemnibus a *Renalto* initiatus eccleſiae *Auvillanae* a *Surrenavio*, ſacerdote *Lampertano*, iuſſu Principis, ſollemni cum caerimonia anno 1593 praepoſitus eſt. Neque tamen ei ſupra biennium praefuit. Nam commeatu, quem pater iam grandis natu ac filii deſiderio laborans a Principe expetiverat, ſub ea conditione accepto, ut mature ad eccleſiam recurreret, in *Franciam* profectus

Digitized by Google

gro conſtituta, palam & libere colendi poteſtate, qua ipſis in

---

fectus eſt, diſſimulans, quod tamen, quum *Toſſanum* in itinere ſalutaret, non obſcure tulit; vereri ſe, ne ſibi per parentes reverti non liceat. Quod uti evenit, ita eo nihil damni fecit eccleſia: nacta quippe, qui ipſi diutius, quam quisquam eorum, quibus poſtea uſa eſt miniſtris, deſerviret, (II) *Hubinum Franciſcum* (*Hubin François*) ſcholae *Lampertanae* magiſtrum, quem ut Princeps in locum *Mazierii* vocandum curaret, ſuaſerat *Toſſanus*, teſtatus, eum ad puerilem aetatem coeleſtis doctrinae rudimentis imbuendam, aegrosque ad beatum vitae exitum praeparandos bene paratum eſſe exercitatumque; immo eundem, quum ad *Pantal. Candidum* ſcriberet, his verbis laudavit: *Longe, crede mihi, maioribus donis praeditus priore illo, qui nondum ita adbuc iuvenilibus omnibus cupiditatibus renuntiarat, nec tali experientia valebat*; quibus addit, *eum primum pro concione auditum, dein examinatum & ordinatum fuiſſe.* Itaque Princeps, his *Toſſani* teſtimoniis maxime nixus, non dubitavit committere *Hubino* an. 1595, d. 30 Oct. eccleſiam; cui quidem is per annos fere XVII ita praefuit, ut quum Gallico coetui *Manbemenſi*, operam eius expetenti, ſe addixiſſet, a *Ioanne II*, qui tum *Palatinas terras ad Rhenum* adminiſtrabat, inſigni muneris praeclare geſti teſtimonio, *Heidelb.* 27 Iul. an. 1612 perſcripto, ornatus diſcederet. (III) *Io. Franciſcus, Hubini* filius, cui contigit, ut primum quinque illuſtris Scholae *Hernb.* ſpatia per ſexennium nullo ſuo ſumtu decurreret, atque inde cum elogio diſcipuli *nulli profectu ſecundi*, nomini eius alicubi addito, in *Heidelbergenſem* academiam dimitteretur: deinde ex ea reverſus ac *Sedanum* profectus, hoc maxime conſilio, ut in ſacris concionibus habendis ſe exerceret, ibi quoque tum munificentia Principis, tum ipſius eccleſiae liberalitate per menſes quinque & viginti ſuſtentaretur. Inde etiam ubi rediit, Superintendenti *Beutbero* & *Candido* eccleſiaſtae *Tab. mont.* iuſſu Principis explorantibus, quantum in ſacrarum litterarum ſtudiis profeciſſet, ita ſe probavit, ut ambo affirma-

in patria frui non licuerat, quietius tranquilliusque fruerentur:

---

marent, eum, ſi perſeveraret inſtitutam viam tenere, ad eruditionis & eloquentiae laudem longius proceſſurum eſſe. Aberat autem haud procul, quin ei non Gallicae ſolum eccleſiae, ſed Germanicae quoque *Hambacenſis* ad *Queicham* cura demandaretur. Natus enim & educatus inter Germanos quum horum lingua perbene loqueretur, ac iam Princeps annua ſacerdotis, a Sereniſſimo ſuo Parente in decem annos conſtituta, diutius praebere gravaretur, ſuadebat Praetor oppidi, *Nic. Grosbans*, ut *Hambacenſis* eccleſia *Gallicae Anvillanae* inſereretur, & quidem cum reditibus ſacerdoti utriusque aſſignandis; quod quo minus fieret, impedivit Antiſtes *Beutherus*. Hic enim rogatus ſententiam demonſtravit, iſtam eccleſiam, matricis honore praeditam ac ſede ſacerdotali adhuc ornatam, utriusque dignitate minime ſpoliandam, eique potius *Anvillanam* inſerendam eſſe; ac ne quando deeſſet, qui in ſacris peragendis proprio cuiusque coetus ſermone uteretur, auctor fuit, ut ex alumnis *Hornbacenſis* Gymnaſii iuvenis melioris & animi & ingenii ex intervallo deligeretur, qui *Genevam* aut *Sedanum* miſſus ſacris litteris iuxta ac ſermoni Gallico operam daret, atque adeo quaereretur ex Francis *Anvillanis*, quantum ad cultum eius victumque per annum ſuppeditare vellent. Sed minus *Beuthero* obtemperatum. Ceterum *Franciſcus*, quum eccleſiae egregiam operam per decem annos navaſſet, in ipſo aetatis flore extinctus eſt. (IV) *Didier Mageron*, qui *Argentorato*, ubi, ſacro coetu, quem rexerat, *Epiſcopivillano* belli iniuriis ex parte diſſipato, exulabat, iuſſu Principis accitus, ſacra quidem an. 1622, ineunte Nov. curare coepit; at mox interpellatus Hiſpano milite, oppidum inſidente, *Metas* ad parentes profugit. Unde tamen, quum ille abſceſſiſſet, anno inſequenti d. 20 Febr. ſollemnibus litteris revocatus priſtinum munus ad breve tempus rurſus ſuſcepit. Nam poſt duos annos ac menſes novem arceſſitus eſt, qui Gallis, qui ſe *Bipontum*, emendatioris religionis colendae gratia, receperant, divina oracula exponeret.

Digitized by Google

tur: tertio *Lutheranum*; quod traxit a civibus, qui in eis, quae

---

neret. Abiit autem integer fere annus, dum occurreret, qui in locum eius ſufficeretur. Erat quidem in vicino tractu ſacerdos fani *S. Lamperti*, nomine *Surravius* (*Surreau*) quem expetebat eccleſia, eoque magis, quod viri dexteritatem ex vicaria ſacrorum procuratione iam aliquoties cognoverat. Sed is munus oblatum, contra quam oſtenderat, non unam ob cauſſam defugiebat. Opportune igitur ex *Gallia* advenerat (V) *Barthol. Cloſſeus* (*Du Cloux*) qui id, modico contentus ſtipendio ſuſciperet. Is vero qualis fuerit, & quae eccleſiae erga eum voluntas, declaravit *Phil. Streuff a Lavvenſtein*, ſummus praefecturae *Neocaſtellanae*, ſive *Tab. mont.* praefectus, quando principem, ut utrique benigne faceret, litteris d. 14 (24) April. an. 1627 in hanc ſententiam ſcriptis commovere ſtuduit; *Non obſtant leur pauvreté ils offrent de donner par an un demi ſouder de vin & dix malter de bled, pourvûqu'il plaiſe à* Votre Alteſſe *de fournir le reſte; ſur tout ils deſirent retenir le miniſtre d'aujourd'huy, lequel je ne connois que par reputation, m'aiant auſſi été recommandé par* Mad. de Rohan, *lorsque les nouvelles de la diſſipation de l'Egliſe de* Badonviller *furent apportées à* Vitri, *parceque ſa Soeur eſt femme du Concierge de* Belin. *On me l'a toûjours décrit être fort habile homme, le livre, qu'il m'a envoié, en faiſant preuve, veu que par les propres eſcrits des* Papiſtes *il juſtifie la confeſſion des Egliſes de* France. *Dieu par quelque moyen ſuppléera ce que* Votre Alteſſe *contribuera à cet entretien, les étrangers étans les plus notables Bourgeois de la ville & les plus zélés pour la religion. Une diligence à taxer les Amandes & châtier la bourſe des delinquants y ſera auſſi quelque choſe.* Atque ipſe *Cloſſeus* paucis ante diebus ita ad *Streuffium* ſcripſerat. *J'oſe*, Monſieur, *vous ſupplier d'accepter un livret, que je vous addreſſe; qui eſt celui, dont on a pris ſujet de me vouloir tant de mal à* Baudonviller; *étant aſſuré, que les gens de bien, même entre les adverſaires, n'y pourront juſtement trouver aucun ſujet de plainte contre moi, puisque je ne fais autre choſe,*

Digitized by Google

quae ad cognitionem Dei cultumque pertinent, *Lutherum*, virum

---

ſi non de produire les propres paroles de leurs hommes. Praefuit autem *Cloſſeus* eccleſiae non diutius ſexennio. Nam Princeps, motus precibus *Wallonum Otterbergenſium*, qui viri opera uti valde cupiebant, non impediendum duxit, quo minus ad eos tranſiret; praeſertim quum ſe habere arbitraretur, quem in illius locum ſubſtitueret, *Sam. Diaeſium* (*Duais*) Gallicae eccleſiae, quae *Tabernis Mont.* ſurgere coeperat, miniſtrum. Verum is iam *Lampretanae* ſe addixerat. Itaque coetui atque ipſi *Cloſſeo* negotium datum, ut de alio quaerendo cogitarent; id quod coetui quidem parum ceſſit. Aggreſſus enim *Iac. Heuſchium*, antea *Epiſcopivillanae*, tunc *Bipontinae* eccleſiae ſacerdotem, repulſus abiit; quod is, quem tenebat, locum mutare nolebat. Felicior *Cloſſeus*, cui contigit, ut *Anvillam* adduceret (VI) *Abelem Combleum* (*de Combles*) *Metenſem*, ampliſſimis & *Sedanenſium*, quos audiverat, theologorum & miniſtrorum eccleſiae Metenſis, *Coulonis*, *Ferrii*, *de Marſae* teſtimoniis ornatum, atque ea, quod res erat, praeclare confirmantem. Nam & coetui facultatem dicendi ſuam, & quam in rebus divinis haberet intelligentiam *Sam. Candido*, Profeſſori theologiae *Hornbacenſi* ac *Bipont. dioeceſis* Antiſtiti, ita probavit, ut eum ille ſibi praefici vehementer cuperet, hic eundem neceſſariis divinioris ſcientiae praeſidiis ad ſacrum munus fungendum bene paratum eſſe teſtaretur. Unde nec ulla mora in Principe, quin ſtatim iuvenem ſacris obeundis initiari initiatumque in ipſo munere conſtitui d. 4 Maii, an. 1633 iuberet; praeſertim quum hoc ipſum etiam parenti eius *Franc. Combleo*, Metenſis itidem eccleſiae miniſtro, gratificari vellet. Is enim Sereniſſimae ipſius Coniugis, Principis *Rohaneae*, a concionibus fuerat, filiumque commendaverat diligentius. Quod autem coetui in ſingulis, quos deinceps nactus eſt, ſacerdotibus uſu venit, ut eorum miniſterio pauculos duntaxat annos, aut menſes frueretur: id primum illi accidit in *Combleo*. Is enim *Metas* eodem anno, quo munus ſuſceperat, profectus

Digitized by Google

rum itidem de vera religione Evangelica divinitus promeritum, ſe-

tus haud inde rediit, abſterritus, ut ipſe poſtea teſtatus eſt, belli calamitatibus, quae tum *Anvillam* quoque adeo graviter afflixere, ut omnem vitae degendae tuendaeque rationem, oppido civibus & facultatibus paene exhauſto, miſeram aerumnoſamque redderent. Egit quidem aliquamdiu abſentis partes *Ienigius*, ſacerdos *Epiſcopivillanus*, ſed, eccleſia metu malorum in dies ingraveſcentium maximam partem diſſipata, accidit tandem, ut omnis publicus Dei cultus per triennium ceſſaret. Quod ipſum quoniam diutius ferre non poterant, qui reſtiterant, Principem viduam, anno ſuperioris ſaeculi 38 exeunte, ſupplici libello orarunt, ut, quum coetus eorum, conſtans antea ex LX familiis, nunc belli calamitatibus attenuatus ad XII recidiſſet, nec ſpem haberet, eccleſiam in priſtinum ſtatum reſtitutum iri: templum vero Germanorum in praeſenti a ſacerdote vacaret, is huic praeficeretur, qui Gallice loquens ipſis etiam ſacro quoque die divina myſteria aperiret; idque ut impetrarent, confirmabant Principi, non defore, qui, nuntio accepto, cultum divinum vel ad iſtam rationem relatum ac renovatum eſſe, ſedes relictas libenter repeterent. Verum neque, quod tum petivere, conſequuti ſunt, neque quod quinquennio poſt, quum magna in ſpe eſſent, *Hottonem*, qui eccleſiae *Wallonum Amſterdamenſium* praeerat, & ſacerdotem, ut promiſerat, &, cuius maxime ad hunc alendum indigebant, aliquantum annui aeris ipſis comparaturum eſſe. Tum enim *Fridericum*, Ducem, litteris *Hottonis* ad eum miſſis, ſuppliciter orarunt, ut quae a Sereniſſimo eius Parente in victum cultumque ſacerdotis erogata fuerant, ea pari liberalitate erogare vellet. At neque *Hottonis* promiſſa apparebant, neque tantum & Princeps, propter redituum tenuitatem, ſuppeditare, & ipſe coetus, parvus adhuc & inops, adiicere poterat, quantum vel mediocris vitae cultus poſcebat. Nova tamen ſpes obtinendi, quod adhuc tentatum ſecus ceſſerat, poſt annos ſeptem affulgere coepit. Nuntiabat enim *Cordierius*, ſacerdos *VVallonum Leidenſium*, *Lu-*

ſequuntur. Hi enim, quum Galli, inopia ſtipendii ſuffici- entis

Ludovicum Geerium (*de Geer*) qui indigentes Palatinas Gallorum profugorum eccleſias opibus ſuis munifice ſublevare ſolebat, *Hottonis* adductum commendatione *XL* thaleros eccleſiae donaſſe, idque nunc a ſe & ab *Hottone* agi, ut Synodus quoque aliquantum aeris in ſacerdotale ſtipendium quotannis conferret. Quo nuntio excitati Presbyteri Principem idem ſubſidium, quod antea, impenſius rogarunt, nec fruſtra: quandoquidem hoc liberale decretum abſtulerunt; ſe ipſis non defuturum, ubi primum, cuius opera uterentur, adeſſet: ſibi vero placere, ut *Combleum* rurſus adſciſcerent. Is enim, quum ad eccleſiam, quam olim invitus reliquerat, redire cuperet, hoc ipſum Principi per litteras reverentius declaraverat, atque ut ipſi gratificaretur, commemorarat pietatis officium, Sereniſſimo eius Parenti tributum; quippe quem *Metis* commorantem animamque agentem in ultimis vitae rationibus ita componendis, ut beatus aevo ſempiterno frueretur, enixius adiuverat. Sed quum Princeps ſeptimo demum menſe reſponderet, atque ille interea alii coetui in certum tempus ſe addixiſſet, neque ante poſſet diſcedere, quam illud confeciſſet: intervenit, qui operam offerret ſuam, *Guilielmus Bonnivert*, Sedanenſis, praeclaris theologorum tum *Sedanenſium*, tum *Groeningenſium*, & in his maxime *Sam. Mareſii*, cuius ductu in ſacris concionibus, Gallico ſermone habendis, ſe exercuerat, teſtimoniis inſtructus; isque hoc acceptior erat, quod non maiorem laboris mercedem requirebat, quam quae ſuppeditaret ad neceſſarios vitae uſus. Itaque coetus Principem extemplo rogavit, ut, illo adhibito, tandem aliquando eccleſiam inſtaurari, & centum, quos ei quotannis ſoluturus eſſet, florenis aliquantum ſtipendii ex aerario ſuo adiici iuberet. Neque vero Princeps, qua erat benignitate, rogantibus obſequi gravatus eſt. Nam & dimidium vini plauſtrum & modios frumenti octo adiecit, atque ipſum *Bonnivertum*, in optimam partem ab eis cognitum, quibus more maiorum doctrinae facundiaeque ſuae documenta

Digitized by Google

entis ad alendum ſacerdotem coacti, ſacro Germanorum coe-

cumenta dederat, ſtatim & inaugurari & eccleſiae praeponi iuſſit. Actum autem utrumque die XXVI Oct. an. clↄ Iↄ cLVI. Sed eius miniſterium ad breve tempus duravit. Nam in longinquum implicitus morbum deceſſit, quum non amplius triennio & aliquot menſibus *Anvillae* commoratus, neque una interea moleſtia ſtatim in principio muneris conflictatus eſſet. Nam quae prima fuit, exſtitit, qui virum exempli recti apud Principem criminaretur: eum diebus ſacris, & quidem quum *Germani* rebus divinis vacarent, aut ambulandi, aut privatorum negotiorum curandorum cauſa, peſſimo exemplo publico, urbe excedere. Etſi vero iſtam criminationem ex vano eſſe docebat, quum, ſi quando prodiret, id faceret, meditandi cauſſa: tamen Principis iuſſu graviter obiurgatus id maxime moerebat, quod non ante monitus fuerat, quam res ad Principis aures pervenit. Acceſſit huc altera moleſtia, eaque gravior, exhibita a *Barthol. Candido*, Germanici coetus miniſtro. Nam quum iſto longo intervallo, quo eccleſia per annos amplius viginti ſacerdote caruerat, plures e Francobelgis coetui Germanico ſe adiunxiſſent, aequumque & rectum videretur, ut illi, ſacris inſtauratis, eo, unde egreſſi eſſent, redirent, convenit quidem inter ambos ſacerdotes, praeſentibus aliquot utriusque eccleſiae Presbyteris atque ipſo, qui eos ad concordiam hortabatur, oppidi Praetore: *ne quis aliquem eorum, qui alterius eſſent eccleſiae, huius ſacerdote imprudente & invito, in ſuam reciperet, ſacrive epuli faceret participem; alterque alteri indicem eccleſiae ſuae adſcriptorum exhiberet.* At *Candidus*, contra quod convenerat, ad ſacram coenam admiſit, quem *Bonnivertus* ſuum eſſe vindicabat. Unde haud leviter inter ſe diffidere coeperunt; praeſertim cum *Candidus* ſibi a *Bonniverto* & Praetore, neſcio quam, iniuriam factam eſſe contenderet, nec priorem ſtare in eis, de quibus coram conventu miniſtrorum communiter conſtituiſſent; *nimirum ut ambae eccleſiae earumque Presbyteri inter ſe eſſent coniunctiſſimi; Patres*

coetui ſe adiunxiſſent, in poſſeſſionem iſtius aedis vacuam & qua-

tres familias coetus Gallici declararent, ad quam quisque eccleſiam acceſſurus eſſet; nullus ſine conſenſu ſacerdotis ſui in altero templo ſacroſanctum convivium iniret; neque ibi audiret concionem, neglecta ea, quae a ſuo haberetur miniſtro; publica ſacra in cuiusque gentis templo non uno atque eodem tempore peragerentur, ſed diverſo; ac ſinguli, qui vocantur paroeci, admonerentur, ut quoad poſſent, utrisque ſacris intereſſent; tertio quoque menſe utriusque eccleſiae Presbyteri convenirent, deliberaturi de eis, quae illarum rationibus conducerent; denique Germani non cogerentur in ſacris obeundis diſciplinam ſequi ritusque Gallorum. Re ad Praeſidem praefecturae Neocaſtellanae *Georgium Paulum de Ramningen* & *Metternachium*, Antiſtitem *Tab. mont.* deinde, quum illi diſtractos in concordiam reducere nequirent, *Candido* in primis duriorem ſe praebente, ad *Fridericum*, Ducem, delata, hic ſapienter conſtituit, *ut poſtbac* Candidus *quieſceret*, *atque ambae eccleſiae eum, in quo per Principes ſuperiores collocatae fuiſſent, ſtatum conſtanter retinerent.*

Atque idem Princeps, rogatus a coetu, ut in demortui *Bonniverti* locum *Gamalielem Pacheum* (*Pache*) *Morſea-Vaudenſem*, ſuffici iuberet, hoc magis illi obſequutus eſt, quod is, ſacris aegrotantis *Bonniverti* vice curatis, meruiſſe videbatur, cuius ratio prae aliis duceretur. Cupiebat quidem ſuccedere *Combleus*, Principi denuo diligentius commendatus: ſed quum oſtenderet coetus, facultates ſuorum adeo exiguas eſſe, ut vix conferre poſſent, quod homini caelibi ad ſe tuendum ſufficeret, nedum *Combleo*, qui uxorem haberet & liberos: decrevit Princeps d. 5 Dec. 1659 ut *Metternachius Pacheum* ſacerdotio initiandum curaret, eundemque Praetor coetui ſollemni cum caerimonia praeficeret. Ac prioris quidem officii partes peregit *Candidus* ſimul cum *Rotbario* & *Wogſio*; illo eccleſiae *Francovillanae*, hoc *Hambacenſis* miniſtro, quibus &, ſacra concione primis lineis deſignata, ſuam de divinis rebus diſſerendi ſcientiam probaverat.

Digitized by Google

quaſi caducam publica auctoritate inducti ſunt. †

Sed

---

verat. Sub eo autem recruduit contentio de *Gallis*, qui ſe, ut paullo ante diximus, ad coetum Germanicum applicaverant. Contendebat enim *Pacbeus*, ut ad Gallicum redirent: *Candidus* contra, eis per pactionem, quam cum *Bonniverto* feciſſet, optionem datam eſſe, utrum mallent in Germanico permanere, nec ne. At ille eiusmodi pactionem, ſciente eccleſia, factam ac communi ſententia approbatam ſubſignatamque exſtare pernegabat, oſtendens praeterea, illas conditiones, ſupra a nobis commemoratas, ad quas *Bonnivertum*, praeſentibus dioeceſis *Tab. mont.* ſacerdotibus, acceſſiſſe *Candidus* affirmabat, nullam legitimae pactionis vim habere; quum eis ipſe *Candidus* nomen modo *conſilii* inſcripſerit, tantumque abeſſe, ut eas eccleſia comprobarit, ut hoc ipſum nunc demum ab ea poſtuletur; addebat tamen, nihil ſe aut eccleſiam de comprobatione recuſaturum, modo prius dimitterentur, qui coetus Gallici membra eſſe deberent. Sed quum his nihil proficeret, exceſſit res ad Principem & ad publicam querimoniam. Is vero per Praetorem, cui rei cognitionem dederat, edoctus, quos repoſceret *Pacbeus*, edixit, *ut, qui iam annos viginti eccleſiam Germ. frequentaſſent, eam, quoad ipſis & liberis liberet, frequentarent: contra qui cum Gallica, rurſus inſtaurata, ſe congregaſſent, eam non deſererent: ſi qui tamen ex iunioribus ſacrum convivium apud Germanos iam iniiſſent, illi liberam templi eorum adeundi poteſtatem haberent: ambo denique coetus concordi caritate ſe complecterentur.* Sed *Candidus* quum aegre dimitteret, qui ad coetum Germ. acceſſerant, atque id ſpectaret, ut reliqui Galli ad eundem ſenſim tranſirent, non prius quievit, quam *Pacbeus* incomtam hanc, quam ſubiungam, ſchedam, titulo *concordiae & tranſactionis eccleſiae Germ.* & *Gall. Annaevil.* inſcriptam, d. 5 Dec. 1660, teſtibus adhibitis, ſubſignaſſet.

Dominus Candidus, *eccles. Germ. Paſtor, credit litibus iam & in poſterum tutiſſimum remedium in ambabus eccleſiis poſſe eſſe, ſi diverſis*

tem-

Digitized by Google

Sed quoniam in hanc templorum *Anvillae* mentionem con-

---

temporibus & praedicationes fierent & communio haberetur, & ſinguli ad utrarumque viſitationem & communionem admitterentur, ut ſic liberi parentes, uxores maritos poſſent ſequi, & ex utriſque quaſi unum corpus & cor fieret: offert etiam, ſe potius filios petitos, Ochſs *&* Goffin, *adhortaturum, quam diſſuaſurum, ut eccleſiae Gallicanae & officiis presbyterialibus, vel* diaconatus *pro neceſſitate inſerviant; ſic, ut de iure ſunt, manerent noſtra, atque etiam fierent ipſorum membra; ſigillatim etiam filia* Noë. *Sic conſentiunt & pollicentur ratum habere, nomine etiam Conſiſtoriorum;*

Chriſtoph. Metternach, *Barthol. Candidus,*
Phil. Car. Schwebel. *Gam. Pacheus,*
Io. Martinus Manterſchiedt.

Ceterum ad hanc moleſtam cum *Candido* contentionem poſtea quoque acceſſit inopia mercedis annuae. Nam eius, quam Princeps de ſuo promiſerat, *Pacheus* vix dimidiam partem accipiebat. Quare ab eo petere coepit, ut ipſum ab eccleſia *Epiſcopivillana* expetitum huic deſervire, aut ſe iam bis in patriam revocatum, dato commeatu, abire pateretur. Atque initio neutrum impetravit, Principe id optante, ut eccleſia recens inſtaurata viri pietate atque induſtria diutius frueretur, atque adeo Praeſidi Praefecturae mandante, ut eius animum ad illam porro regendam traduceret. Sed quum hic nihil egiſſet, ac *Pacheus*, *Petro Grandidierio*, qui in ipſius locum ſubſtitueretur, commendato, declaraſſet, ſibi ſtare in *Helvetiam* reverti, niſi ſacerdotium *Epiſcopivillanum* conſequeretur: Princeps tandem per ſe ipſum agere voluit, quod per Praeſidem fruſtra tentaverat. Itaque ad *Pacheum* ſua manu ſcripſit, eique, rationibus bene multis allatis, ſtuduit perſuadere, ut conſilium relinquendae eccleſiae abiiceret. At quum is coram, contraque Principis rationes ſuas dixiſſet, atque ipſe etiam coetus popoſciſſet *Grandidierium*, utrique, qua erat clementia, obſequutus eſt: ac *Pacheo* quidem de ſacerdotio *Epiſcopivillano*, coetui vero de *Grandidierio*; quippe quem d. 23 Mart. an. 1664 & con-

ſe-

conſulto incidi, non praetereundum mihi ſacellum, extra in-

ſecrari & eccleſiae ad duos modo annos praeponi iuſſit. Accidit autem, ut is altero ſtatim anno, neſcio ob quod negotium ei conflatum, (Presbyteri id in ſupplicibus quibusdam litteris appellant *une mauvaiſe affaire practiquée contre le Sieur Gr.*) ab illa removeretur, nullo, aut non magno ſaltem, ut videtur, ſuo merito. Nam Princeps, re ad ſe delata, praecepit, ut ſuum is biennium finiret, &, quae coetus promiſiſſet annua, ſolida acciperet. Eo igitur dimiſſo ac data coetui, quam rogaverat, alium quaerendi poteſtate, invenit is, quem ſibi de meliori nota commendatum expeteret, *Petrum Romanum* (*Roman*) natum *Diae*, *Delphinatus* oppido, qui *Heidelbergae* diviniori-bus litteris operam dederat, ac iam e ſacro ſuggeſtu concionandi poteſtatem habebat. At vixdum eccleſiae imponi coeperat, quum ob anticipatum, ut loquuntur ICTI, concubitum a ſacrorum procuratione ſubmotus fuit. Erant quidem, quum in deliberationem veniret, quo animadverſionis genere in eum utendum eſſet, in conſiliariis Principis, quorum ſententia eo decurrebat, ut eadem animadvertendi ratio in *Romano* adhiberetur, quae non ita pridem in *Garsbagenio*, ſacerdote Concano, ſimilis flagitii reo, adhibita fuerat: nimirum *ut una cum uxore cenſuram, quam vocant, eccleſiaſticam praeſentibus urbis Praetore*, Candido, *miniſtro Germanico*, & *primoribus eccleſiae ſubiret: ambo delicti veniam peterent: ipſe autem* Romanus *de quibusdam ſacrarum litterarum ei praeſcribendis, atque ad poenitendum accommodandis verbis concionem haberet: eaque habita a* Candido *in communionem eccleſiae reciperetur: muneris item rurſus obeundi poteſtatem acciperet, neque aliqua, quum* Heidelbergae *facinus admiſiſſet, poena civili afficeretur.* At Princeps, qua erat religione & ſeveritate, ad hanc ſententiam, parum ipſi probatam, ſua manu appoſuit: *flagitium* Garshagenii *magnam diſſimilitudinem habere cum eo, quod commiſiſſet* Romanus: *illum ſemet ipſum indicaſſe, eccleſiamque ter deprecatam eſſe, ne ſibi adimeretur: hunc contra facinus diſſimulaſſe ſuum,*

inferiorem oppidi portam viae, qua itur Bipontum, ad dextram

---

eoque impudentiae proceſſiſſe, ut, quamquam illius ſibi conſcius fuerit, tamen ſe ante conſecrari paſſus ſit, quam de eo ſtatutum iudicatumque fuiſſet: adhaec ſanctiſſimas euchariſtiae epulas non aliis modo, ſed ſibi etiam ipſi libandas praebuiſſe: denique eum ab eccleſia repudiari: optimum igitur factu videri, aliquem ei ſuadere, ut muneris deponendi veniam petat, eoque ſe conferat, ubi ſimile, ex delicto ſuo minus notus, maiori cum fructu obire poſſit. Atque haec monitus paruit, veniamque petitam die 7 Iul. an. 1667 impetravit.

Neque tamen eccleſia his, quas ex *Bonniverto* & *Romano* traxerat, moleſtiis deterrita eſt, quo minus de alio ſacerdote protinus comparando cogitaret, praeſertim quum is nec diu, nec longe eſſet quaerendus. Advenerat enim *Anvillam*, ac vicariam operam, *Romano* a ſacrorum procuratione remoto, per menſes quatuor eccleſiae navare coeperat, *Samuel Perrotus*, Genevenſis, Praetoris *Heuſchii* gener, quem *Wallones Francothalenſes*, quum plus, quam L patres familias peſtilentia amiſiſſent, neque, qui ſupererant, propter facultates ſuas iniuriis belli, quo tum ardebat *Palatinatus Rheni*, attritas illum deinceps alere poſſent, a ſe dimiſerant, & quidem invitiſſimi. Nam eis ante annos octo a collegio ſacerdotum *Genevenſium* commodatus, cui partes ſecundi eccleſiae ſuae miniſtri imponerent, & morum probitate & ſingulari in aetate puerili divinis praeceptis inſtituenda adhibito ſtudio maximum ſibi amorem conciliarat ab omnibus. Is igitur ſumma omnium voluntate ad ſacerdotium vacuum eligitur. At Princeps rogatus, ut eam electionem ratam haberet, eccleſiae oſtendi iuſſit, eam ſibi optime conſulturam, ſi, quemadmodum iam aliqui feciſſent, coetui Germanico ſe contribueret; quod quum illis, qui & *Perrotum* retinere & ipſam eccleſiam conſervare cupiebant, parum arrideret, denuo orarunt Principem, quod antea, teſtati, unum modo ex ſuis eſſe, hominem mentis parum compoſitae, qui ſe a templo ipſorum ſubtrahere coeperit; quin etiam, ut preces ſuae ponderis

Digitized by Google

tram appoſitum: quod quoniam olim ſanctiſſimae Salvatoris Ma-

deris plus haberent, ſacros Principis Conſiliarios rogarunt, ut cauſam ipſorum ſuſciperent. Quod illi gratificati demonſtrarunt Principi, rationes, quas *Galli* pro conſervando ſacerdotio attuliſſent, ita comparatas eſſe, ut id nondum ipſis adimendum, &, quod ille maxime ſpectabat, *Bipontum* transferendum videretur. Reſcripſit Princeps, ſe de tota re conſtituturum, ubi *Bipontum* veniſſet, iuſſitque interea in *Perrotum* inquiri, quemadmodum ſe in eccleſia *Francothalenſi* tractaſſet, quamque inde diſcedendi habuiſſet cauſam. Facta igitur inquiſitione quum conſtarent, quae ſupra de eo diximus, permiſit quidem Princeps, ut coetui, dum aliud decreverit, operam dare pergeret, pollicitus quoque ſolitam collationem in cultum eius victumque. Verum haec fruſtra fuere. Nam quum ſub idem fere tempus accepiſſet, iam aliquos e *Gallis*, relicto oppido, in *Palatinatum* conceſſiſſe habitatum; quinque ex reliquis ad ſacram Germanorum coenam ire coepiſſe, nec plures in eisdem reperiri, quam tres, qui linguam ignorarent Germanicam: cenſuit, non eſſe ſatis cauſſae, cur eorum gratia ſumtus in peculiarem ſacerdotem fieret; praeſertim quum propter fiſci tenuitatem atque ipſius coetus anguſtias vix ulla vel modici ſtipendii conſtituendi copia eſſet. Neque tamen committendum putavit, ut ipſa ſacra, ſermone rituque Gallico adhuc peracta, tolleret. Itaque praecepit, primum ut is inveſtigaretur ſacerdos, qui non minus Gallico, quam Germanico ſermone divina oracula exponere poſſet; deinde ut ex *Perroto* quaereretur, velletne Gallicae eccleſiae *Biponti* inſtituendae praeeſſe; itemque ex *Combleo*, vicini templi *Billigkamenſis* ſacerdote, an ipſi liceret ſecundo aut tertio quoque die ſolis *Anvillanae* ad tempus vicariam operam impendere. Quod quum hic annueret, ille contra oblatum munus deprecabatur, cauſſam interponens, ſe non poſſe animum inducere, ut relinquat urbem, ubi uxor ſua ex morbo octo annorum aliquantum recreari inciperet, nedum ipſum coetum, cuius ſingularem beneficentiam

Matri dedicatum fuit, Germanice *der Lieb-Frauen Kirch* etiam

---

tiam adhuc cognoverit: promittebat tamen, ſe id ſuſcepturum, ubi Bipontina exulum Gallorum turba, exigua adhuc & infirma, numero paullo inſignior eſſet, neque uxoris valetudo, aut ipſi *Anvillani* obſtarent, atque interea daturum operam, ut ſibi bona horum venia quotannis, concionum quatuor aut quinque habendarum ſollemniumque coenae dominicae celebrandorum cauſſa, *Bipontum* accurrere liceret. Atque idem, quum die, menſtruae ſupplicationi dicato, ſacra conficere, ſingulis diebus ſolis poſt meridiem capita religionis explanare, ac poſtea iuventutem tentare, num explanata memoria & ſcientia comprehenderit, eandemque in ſchola ſedentem ſingulis hebdomadibus ſemel iisdem capitibus erudire inſtituiſſet, eaque diligentia viciſſet ſuperiores tres ſacerdotes: ita Gallis ſe inſinuarat, ut iuſſi quaerere & nominare, qualem Princeps volebat miniſtrum, omnibus precibus petere contenderent, ut ſacra ipſorum, a Sereniſſimo eius avo inſtituta, conſervare, ſtipendiumque ab eodem & Sereniſſimis Succeſſoribus in ſacerdotem datum porro dare velit; eoque magis, quod non ſine magna impenſa & templum reconcinnaſſent, & domicilia, quae ſacerdos & ludimagiſter incolerent, comparaſſent; profeſſi praeterea, ſe omnia facturos, ut *Perrotum* retinerent, magnaque viri in ipſos officia pro facultatibus remunerarentur. Princeps cognito hoc ſingulari Gallorum in *Perrotum*, parique huius in eosdem ſtudio, non conceſſit ſolum, quae eius erat indulgentia, ut maneret, ſed manenti quoque idem, quod olim *Pacheo*, ſtipendium decrevit, deditque praeterea hanc, quam rogaverant, veniam, ut ſtipem ab exteris colligerent; ea tamen lege, ut quantamcunque collegiſſent, eam non effunderent largiendo indigentibus popularibus ſuis, ſed in ſalute eccleſiae collocarent. Biennio poſt, quam haec acta erant, *Perrotus* in *Belgium foederatum Angliamque* profectus eſt; forte iſtius ſtipis gratia: quod ſi verum, ſicut mihi videtur, parum ei ex ſententia colligendi eventus proceſſit, ac cauſ-

iam nunc appellari ſolet; quamquam multo crebrius *die To-*

cauſſa fuit, quare poſt hebdomadas XVIII reverſus oraverit Principem, ut, quum in animo haberet, proficiſci in *Bataviam*, ad quaerendum, quo ſatis aleretur, ſacerdotium, ſibi & ſollemne actae vitae teſtimonium dari, &, quod de annua mercede reſtaret, perſolvi iuberet. Ac licet utrumque, immo etiam viaticum, impetraſſet, iisdem tamen litteris, quibus Principi gratias egit, praeter opinionem petivit, ut ſacerdotium ſibi continuaretur, quoad morbo uxoris ſuae, in peiorem partem verſo, curatio adhibita, atque ipſe interea *Genevam* profectus munus ibi adeptus eſſet; cuius in *Batavia* adipiſcendi occaſionem, iuſto longius detentus, amiſiſſet: de cetero pollicitus, ſe proviſurum, ne, dum abeſſet, ſacra intermitterentur. Annuit Princeps ea conditione, ſi non abnueret coetus. Hic vero metuens, ne ſacra eodem rurſus modo conficerentur, quo nuper, quum in *Hollandiam Angliam*que excurriſſet, confecta erant, hoc eſt, opera ludimagiſtri recitantis praeter ſolitas precationes unum alterumve caput de ſacris litteris, aut ſacrum quendam ſermonem foras editum, reſtitit poſtulavitque, ut praeſenti contentus ſtipendio maneret. Ex quo factum, ut publicum Conſilium ei denuntiaret, non mutari decretum, quo tantopere flagitatam ab eccleſia recedendi veniam impetraſſet: permitti tamen, ut tantiſper moretur, dum uxor ſua firmior ſit, ſed ita, ſi velit interea ſacra ipſe obire. Hac denuntiatione commotus parat tandem decedere. Itaque Principi de conceſſo ſibi morandi ſpatio, quas debebat, gratias agit, ſimulque petit, ut ſibi reſidua annuorum pars exſolvatur; quod Princeps ipſi ita gratificatus eſt, ut, qua erat benignitate, ad eam corollarium trimeſtris ſtipendii addi iuberet. Deceſſit autem menſe, ut videtur, Auguſto an. 1672, haud diuturno ſui deſiderio relicto. Etſi enim coetus cum in inveniendo, tum vel maxime in alendo ſacerdote tantum difficultatis tantumque laboris adhuc habuerat, ut qui *Perroto* ſuccederet, magis ipſi optandus, quam ſperandus videretur: contigit tamen, ut rurſus obtineret, quo praeſtantior fingi ne

N vo-

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

Toden-Kirch, fanum mortuorum; propterea quod in eo hodie funebres habentur ſermones, idque in ipſo agro aedificatum eſt, quem *Anvillani* ſaeculo decimo ſexto, gravi peſtilentia ſexies conflictati, anno eiusdem ſaeculi LXIX mortuis humandis, relicta ſepulcrali templi primarii area de-

---

votis quidem poterat. Erat is *Petrus Poiretus*, *Metenſis*, qui quum in philoſophis theologisque aetatis noſtrae, nomine & memoria dignis, numeretur, facerem omnino operae pretium, ſi eam ſaltem vitae eius partem, quam *Anvillae* traduxit, breviter exponerem. Sed video, tot iam paginas recenſionis hactenus inſtitutae proceſſiſſe, ut verear, ne, ſi pergam, aeque Lector eius ſatietate ſe fatigatum eſſe queratur, atque ego me longo eiusdem itinere defeſſum ſentio. Itaque quae de Anvillana *Poireti* commoratione ex actis comperi, reſervabo ultimo orationis capiti, ubi rurſus de eo dicendi ampla mihi occaſio erit. Hoc tamen non queo differre, quod ad hiſtoriam Gallicae huius eccleſiae maxime pertinet, in iis, qui ei praefuerunt, ſacerdotibus ipſum *Poiretum* ultimum fuiſſe. Nam eadem temporis difficultas ſtipendiique inopia, qua ſuperiores conflictati erant, virum optimum in eam neceſſitatem adduxere, ut, poſt quinquennium miſere traductum, multam ſalutem & eccleſiae invitiſſimus diceret & *Anvillae*.

† Id quod accidit, quum naſcenti iſti eccleſiae *Samuel Bratfiſch*, natione *Saxo*, qui de ſacerdotio ſuo, quod *Weiſenburgi ad Lutarim* inſigni fide obierat, inique deiectus exulabat, auctore in primis atque agente *Gabriele Turonis*, Comite *Oxenſtierna*, regio terrarum Bipontinarum Gubernatore, an. 1704 d. 29 Apr. praeponeretur. Quare is in naenia ſex diſtichorum *Biponti* eodem anno edita, inter alias magni illius ſui patroni, tum demortui, laudes ſe quoque ab eo receptum eſſe ſeptimo & octavo verſu haud obſcure predicat:

Iuſtitiae vindex, *illuſtris Praeſes*, aſylum
Exulis inſontis, *praeſidium populi!*

Eum

deſtinarunt.* Atque haec de ſacris eorum aedificiis. Iam quod ad profana, eaque publica attinet, nullum quidem intra

---

Eum autem anno huius ſaeculi ſecundo & viceſimo d. 22 Maii, muneris decimo octavo, aetatis ſeptimo & quinquageſimo extinctum adhuc tres exceperunt: *Io. Valent. Krafft*, *Eberſtadio-Darmſtadinus*, antea eccleſiae *Moelsbemenſis* miniſter, an. 1722, d. 16 Aug. *Io. Henr. Sebaſtiani*, *Weimarienſis*, vir pietatis laude praeſtans, qui an. 1725, d. 3 Sept. ab eccleſia *Hornbacenſi* ad hanc *Anvillanam* translatus d. 2 Ian. 1738 obiit. *Io. Henr. Schreiner*, *Geravia maiori Darmſtadinus*, ab eccleſia *Waldmorana* ad *Battvillanam*, atque inde ad *Anvillanam* d. 26 Mart. an 1738 traductus, qui ei etiamnunc pro viribus deſervit.

* Idem amicus, cuius opera duo templa oppidana deſcripta paullo ante exhibuimus, illam ſuburbanam aediculam ita depingit: **Die Toden-Kirch ſtehet auf dem Kirch-Hof hart an der Haupeſtraſſe gegen Sarnſtall zu, und ſcheinet nach ihrem dermahligen Anſehen nicht mehr ihre erſte Form zu haben, indeme an dem Mauerwerck erſichtlich, daß ſelbiges länger geweſen, und nachgehends etwas eingeſchränckt worden. Der darauf ſtehende Dachſtuhl iſt nebſt der Empor-Bühne im Jahr 1747 von neuem aufgeführet worden. Sie hat in der Länge 93 und in der Breite 21 Schuhe.** Addit praeterea: **Laut alten Schriften ſell vom Cloſter Euſersthal alle Jahr eine ziemliche Anzahl von Achtel Korn, oder Maltern, in hieſiges Hoſpital ausgeliefert worden ſeyn; wogegen der Lieben Frauen zu Ehren alle Jahr in dieſer Kirch auf einen gewiſſen Tag eine Meſſe mußte geleſen werden. So ſagt man auch, daß wegen reicher Dotirung dieſer Kirchen alle Wochen des gantzen Jahres hindurch 2 Achtel Rocken oder Korn an hieſige Haus-Armen hätten müſſen abgegeben werden. Wie dann noch anietzo üblich iſt, daß alle Jahr auf die hohe Feſte, als Chriſtrag, Oſtern und Pfingſten an die Reformirte Haus-Armen aus derſelben Allmoſen ein Malter Korn gebacken, und nebſt den auf gedachte Feſttage bey Haltung des Heiligen Abendmahls erhobenen Allmoſen-Geldern ausgetheilet**

tra oppidi moenia eſt, quod viſendum, nedum deſcriben-
dum

---

theilet wird. Ein gleiches geſchieht auf Michaelis-Tag mit dem ebenfalls bey Haltung des Heil. Abendmahls geſammeltem Opfer-Geld. Sed ne quid hic diſſimulem, prius huius additamenti caput, quod partim vetuſtis chartis, partim auditione niti dicitur, haud dubie depromtum eſt ex ficto annali, qui *Anvilla* inſcriptus ac fictis pariter *Iacobi Beyerlini*, neſcio cuius hominis, *Antiquitatibus Palatinis* plerumque adiunctus, tamquam vetus quoddam & rarum monumentum, a multis diligentius cuſtoditur. In eo enim haec ſuperioribus plane conſimilia ſcripta ſunt; An. Dom. 638 als Dagobertus Magnus der mächtig König in Groß und Klein Franckreich, das Gotteshauß Klingen-Münſter und das Gotteshauß Euſersthal in das Fundament gelegt, hat er in dieſer Freyſtadt Antharßwier aufgebauen und geſtiftet zwey Gotteshäuſer, das eine in der Ehre S. Salvatoris, das andere in der Ehre unſerer Lieben Frauen, begabt ſolche mit groſſem Einkommen, und verſchuf, daß von den Gefällen, des Gotteshauß unſerer Lieben Frauen den Haus Armen Inſäſſern dieſer Stadt, alle Wochen des Jahrs zwey Achtel Korns, oder Rocken, und zwey Seſter Gerſten, ſollen ausgeſpändet werden. Daran ſoll der Abt zu Euſersthal zu dieſer Ausſpändung jährlich reichen vier und funfzig Mltr. Rocken, und zwantzig ſechs Seſter Gerſten. At narrationi huic fides non eſt habenda, licet eius faciendae gratia ſtatim ſubiiciatur; dieſer Stiftungs Brief, uf Pergament beſchrieben, und mit ermelten Königs Inſiegel bekräftiget, war in des Gotteshauß St. Herman, ſo nahe bey Antharswier uf dem Kirchelberg von dem erſten Chriſtlichen König in Franckreich Clodoveo erbauet, in der Sacriſtey verwahrlich hinterlegt worden. Inſunt enim in ea aperte falſa, ut exſtructio coenobii *Vterinae vallis*, *Dagoberto* aſſignata, quum id multo recentioris eſſe aetatis, ac longe alium habere conditorem, probent, quae de eo pag. huius orat. 20 & ſeq. breviter dixi; fictum *Anvillae* nomen, *Antersvvir*; nimia utriusque templi &, quae inde ſequitur, ipſius oppidi antiquitas, ſuo loco a nobis coarguenda; denique illud, quod de cuſtodia di-

Digitized by Google

dum putem.* At ſtetit quondam extra ea excelſa quaedam ac nobilis ſubſtructionis moles, quae *Anvillae* non magno ſolum ornamento fuit, ſed tanto etiam emolumento, ut, qui eius & hodie ſunt & poſthac erunt incolae ac cives, pie om-

---

diplomatis *Dagobertini* ridicule attexitur: nempe id non longe ab *Anvilla* in ſacrario aedis *S. Hermani* depoſitum fuiſſe: quaſi vero nullus locus intra oppidi moenia ſatis idoneus ac tutus patuerit, ubi praeclarum hoc regiae in pauperes liberalitatis monumentum adſervari potuiſſet. Verum debuit, credo, in eum recondi, qui ipſi ſimilis eſſet, nimirum in fictum. Ac talis quidem eſt iſta aedes *S. Hermani*, quippe cuius in germanis medii aevi monumentis, nulla, quod ſciam, ſit mentio, neque ullae etiam circa *Anvillam*, prope quam conſtituta fuiſſe dicitur, reliquiae apparent. De cetero, quum ex animadverſione, in paginam ſuperiorem 21 addita, appareat, coenobitis *Euſſertbalii* multas in agro *Anvillano* poſſeſſiones fuiſſe, eosdemque haud paucas inde accepiſſe decimas, nec dubium ſit, quin & ſacellum, de quo agimus, aliquo cenſu pro mediorum temporum conſuetudine ornatum fuerit: non negaverim quidem, quod fieri potuit, aliquantum frumenti tum ex hoc tum ab illis pauperibus quotannis ſuppeditatum eſſe: at tantum, quantum iſto annali definite deſignatur, id tam futili ſcripto nemo facile credet, niſi forte paupercula quaedam anus Anvillana.

* Ipſa curia, quae in eis primarium locum obtinet, aedificium eſt antiquae ac tenui urbis cenſui reſpondentis ſtructurae, LXX pedes longum & XXXII latum, conſtatque ex duabus partibus; ex inferiori, eaque lapidea, qua laniena continetur & libra civitatis; ex ſuperiori, ligno ſtructa, ubi ſenatus habetur & publicae adſervantur tabulae. Venit autem mihi hic in mentem, quod *Hertzogius* narrat, fuiſſe quondam in hac curia veterem quendam codicem, craſſitudine manus, plures tabellas ligneas, cera nigra illitas, complectentem, in quibus veterum civium nomina ſtilo exarata fuerint: Uf dem

omnino facturi ſint, ſi, quoties illius, dudum prolapſae, parietinae in oculos ipſorum incurrunt, toties eas grata cum veneratione contueantur. Quibus enim iuribus, beneficiis, commodisque fruuntur, fruuntur autem minime vulgaribus, eorum plerisque maiores ipſorum, ut ſuo loco docebimus, incliti potiſſimum iſtius aedificii cauſa, ornati fuerunt. *Trifelſam* hic, vetuſtum illud, ac ceterarum, quibus olim *Voſagenſis* Germaniae tractus diſtinctus erat, arcium * facile princeps Imperii caſtrum a me deſignari, ſuſpicabuntur ſtatim, vel potius intelligent, quibus nondum exciderunt, quae de eo in ipſo dicendi exordio, ut haec vobis probaretur oratio, commemoranda duxi. Iam quum illud *Anvillanis* tam propin-

Rathhauß, ut ipſa Chronographi, Germanice loquentis, verba eis, quae pag. 59, n. * citata ſunt, proxime ſubiuncta afferam, **zu Anweiler iſt ein alt Buch und Regiſter Hand dick mit vielen Blettern, von Holtz gefaßt vorhanden geweſen, inn welches ſchwartz Wachs geſchlagen, und darinn wie in einer Schreibtaffel der alten Burger Namen, ſo vor vielen Jaren alda gewonet, geſtanden, und mit einem Griffel in das Wachs geſchrieben geweſen.** Verum talis codicis nullum hodie veſtigium, neque ulla memoria apud *Anvillanos* exſtat.

* Quantus earum fuerit numerus, vel inde exiſtimare licet, quod *Seb. Münſterus*, *Coſmogr. lib. III. p. DCLXX. edit.* Germ. ubi de *VVaſgovia* agit, praeter XXV, nominatim prolatas, plures alias ſupereſſe affirmat. Errat vero *Vrſenſon*, qui *Münſteri* recenſionem in paginam 113 libelli ſui, ſupra pag. 13 citati, tranſtulit, dum caſtra, ea comprehenſa, ſine diſcrimine arces nobilium eſſe tradit. Sunt enim in illis, quae olim Imperii & Caeſarum propria fuere, ac poſtea una cum aliis *Voſagiae* oppignerata in ius ditionemque Comitum Palatinorum ad Rhenum conceſſerunt, ut *Trifels*, *Falckenburg*, *Vegelnburg* & cet.

Digitized by Google

pinquum, tamque utile in primis atque opportunum fuerit, ut eorum civitas ex eo, ſicut praedicavi, potiſſimum creverit: meum erit cavere, ne id praeteriiſſe, atque ab oppido, ſibi quondam coniunctiſſimo, in hac oratione imprudentius disiunxiſſe arguar. Quare quemadmodum veteres *Anvillani Trifelſae* ſimulacrum nomenque in publico civitatis ſigno * cum urbis ſuae imagine ac nomine coniunxerunt: ità

* Erat id forma rotunda, albae impreſſum cerae ac deſuperne in duas partes aequaliter diviſum; quarum altera eminebat exterior pars caſtri, in altera, qua ipſum ſignaretur oppidum, exſtabat, ut mihi quidem viſum eſt, primarium huius templum, cui praeter turrim adiunctam, eamque cruce ornatam, impoſita erat turricula, crucis ſigno pariter diſtincta; extrema ora dextrorſum inſcripta erat nomine caſtri, ſiniſtrorſum eo, quod eſt oppidi: ambo autem nomina ſupra & infra ſeparabat nota crucis. Sed quum vetuſta eius generis monumenta longe melius contemplatione, quam deſcriptione cognoſcantur; praeſertim quod ad magnitudinem ſpeciemque imaginum attinet: ac mihi contigerit, ut Vir praecellentiſſimus, *Io. Henr. Bachmannus*, Conſiliarius *Regim. Bip.* ac tabularii Principalis Praefectus, pro ſuo omni laude decorando mei ſimilibus, domeſticam illuſtrare hiſtoriam conantibus, velificandi ſtudio, ſignum illud *Anvillanum*, veteri cuidam tabulae, in qua annus eſt adſcriptus 1478, appenſum benigniſſime mecum communicaret, concederetque, ut in aes incideretur: communicabo id, huic orationi, loco opportuno, includendum, viciſſim cum eis, qui in rebus antiquis, eisque domeſticis, tractandis contemplandisque delectantur; praeſertim quum rarioris ſit generis. Neque enim illius quoddam ſimile, ſaltem apud *Heineccium* in *Syntag. hiſt. de veteribus Germanorum - - Sigillis p. I, c. XI*, ubi *de ſigillis civitatum* agit, notatum invenitur. De cetero non errabo fortaſſis, ſi *Anvillanos* poſt ius civitatis, *Trifelſae* potiſſimum com-

Digitized by Google

ita ego nunc ad huius coniunctionis ſimilitudinem aliquam iſtius arcis adumbrationem cum hac, in qua dudum verſor, *Anviliae* deſcriptione coniungam. Nolite vero, *Auditores*, putare, me hic illam Vobis ſatis notam de *Trifelſa* orationem, commutatis verbis, recitaturum eſſe. Parcam enim auribus veſtris, parcam & lateribus meis, neque alia proferam, quam quae ad iſtam orationem ſupplendam pertinent: qualia maxime ſunt capita de ſitu, appellatione, variis caſtri partibus, &, qua ſenſim collapſum eſt, ruina.

Fuit

---

commendatione impetratum, iſto veteri ſigno uti coepiſſe, idemque, arce prolapſa, cum eo, quo hodie utuntur, commutaſſe putem. Vtuntur autem imagine aquilae, in tribus ſignis rotundis expreſſae; credo ob eam cauſam, ut ſuum oppidum quondam Imperii fuiſſe oſtendant, aut ſe beneficiorum a Caeſaribus acceptorum bene memores eſſe probent. Sunt vero ſingula diverſi uſus. Nam *primum*, quod magnitudine eſt floreni, aquilamque in ſolo exporrectam continet cum inſcriptione; SECRET. OPPIDI ANNAEVVILLENSIS, adhibetur ad conſignandas litteras liberi commeatus: *altero*, quod *iudiciale* vocant, ac paullo minus eſt priore, imprimuntur *tabulae contractuum*. In hoc autem aquila ſcuto, quod Galli *Cartouches* appellant, impoſita cernitur cum perigraphe prioris ita ſcripta; SECRETVM. OPPIDI. ANNAVILLENSIS: *tertio*, quod parvulum ac Germanice inſcriptum: INSIEGEL. STAT. ANWEILLER. dolia maxime vinorum vectigalium obſignari ſolent, idque praeterea non hoc ſolum uſu a ſuperioribus differt, ſed eo etiam, quod corona aquilae, circulo concluſae, impendet. Iam, *ſi annalibus*, ut loquitur *Pareus* in *vita patris* ſupra p. 17, n. * citata, *an. Chriſti* 1320 *a* Georgio Goedelmanno, Ludovici IV, *Imperatoris*, *Bavari Commentarienſi*, *ſeu Cancellario ſcriptis fides habenda eſt* . . . . Ludovicus I, Pius *dictus*,

Fuit autem rupi, ſive colli * impoſitum, qui ab *Anvil-*
la

dictus, *oppidum* Anterswier, *ſive* Anvillam, *Imperii Romani bene-ficium fecit*, aquilae inſigni *donato*. *Idem vero . . . . ſubverſum . . . . ab* Ottone II, *Imperatore . . . . reſtitutum fuit*, *nomine Anvillae* . . . *impoſito* & aquilae ſimplici corona, littera *A* cordi impreſſa, inſigni, *ceteriſque immunitatibus firmatis*. Quae verba in iſtis annalibus germanice confectis ita expreſſa leguntur: Er (Lud. Pius) **gab den Inſaſſen zu Antherſwier zum Wappen einen Adler des heiligen Römiſchen Reichs.** Porro, auch erneuerte er (K. Otto, der andere) der Stadt Anweiler Wappen mit einem Adler, und einer einfachen Cron. Verum enimvero & haec renovatio & illa donatio mera ſunt commenta, quorum ſimilia de *Anvilla*, commentitiis iſtis annalibus prodita, iam ſupra notavimus, & mox notabimus plura. Nam civitates a ſaeculo demum XII ſigilla, ut cenſet *Mabillonius*, vir magnus, lib. II. de R. D. p. 148 & 149, uſurpare coeperunt, tantumque abeſt, ut occidentales Imperatores ante *Ludovicum* IV aquilae inſigne, ſigillo inſculpendum, ulli civitati donaverint, ut, *Heineccio*, quo nullus in antiquis Germanorum ſigillis illuſtrandis ſcientius verſatus eſt, lib. cit. p. 113 aſſeverante, nemo eorum ſigilla ſua ante eundem Caeſarem iſto inſigni exornaverit.

* Eſt is ſilveſtris; proceris quippe quercus fagique arboribus conſitus, atque idem, qui, ut iam p. 16 huius orationis notavimus, vocabulo Germanico, *ſepem* ſignante, nuncupatur der Haag.

Addo etiam, quod didici, ex rationum tabulis Cellariorum, *Trifelſae* quondam conſtitutorum, ſuperiorem collis partem neque incultam neque ſterilem fuiſſe. Fit enim in illis mentio hortorum agrorum, duorum aratrorum & hominum, qui in prioribus utrisque colendis, vepribusque & dumetis paſſim exſtirpandis adhibiti fuerunt. Atque hic mihi ſuccurrit, quod ex eisdem rationibus cog-

la non longius diſtat, quam quo glans plumbea ope ſclopeti ut vocatur, mitti poteſt, atque ad viam, quae in *Lotharingiam*, *Franciamque* & terras *Bipontinas* ducit, exadverſus oppidi latus, orienti ſoli oppoſitum, metae inſtar a fundo ſatis lato aſſurgens eo terminatur cacumine, quod quum petroſum ac trifidum, ſive triceps ſit, ſicut teſtantur periti, qui in re praeſenti fuere, veriſimillimum eſt, caſtrum ex hac duplici cacuminis natura nominatum fuiſſe *Triſels* *, quae vox germanica, ut novo vocabulo latino, per-

---

novi atque ad perverſam vocabuli *Heimgereida*, de quo ſupra p. 25 & ſeqq. egimus, ſcribendi rationem reiiciendam pertinet. Id enim in eis ſemel atque iterum, non *Heim-* ſed *Heingereide* ſcribitur.

* Vera haec eſt & germana nominis huius proprii ſcriptura, nixa inprimis diplomate, quo *Fridericus* II, Imp. *Anvillanis* civitatem largitus eſt. Ab ea vero quae aberrant ſcripturae, notatae exſtant in *Orat. de Trif.* p 6. De ſyllaba *Tri*, loco germanicae **drey/** videatur W*achteri Gloſs Germ.* p. 305.

Neſcio autem, quis clariſſimos auctores operis, quod, germanice compoſitum inſcriptumque Neue Europäiſche Staats- und Reiſe **Geographie** / non ita pridem divulgari coepit, in errorem induxerit, ut vol. IIII, quo ea, quae ad notitiam *Circuli Rhenani ſuperioris* pertinent, diligentius perſequuti ſunt, p. 566 arcem hanc *Anvillanam* etiam *Drackenſels* appellari his verbis tradant: Anweiler iſt ein Städtlein, ſamt einem oberhalb deſſelben gelegenen faſt eingegangenen Schloſſe, **Triffels** / oder **Drackenfels**. Etenim hoc nomine diverſum a *Trifelſa* vocatur caſtrum, quod in melioribus *Alſatiae* tabulis geographicis infra amnem *Lutarim* inter loca *Buſenberg* & S. *Ger* poſitum cernitur, atque idem illud eſt, quod a *Münſtero*, loco ſupra citato, itemque ab *Hertzogio Chron. Alſat.* lib. VIII, c. XXIIII.

perſpicuitatis gratia, utar, *Tripetram* ſonat; quamquam alia huius appellationis cauſſa affertur, petita a forma, qua fuerit caſtrum medium intra puteum, turri munitum, & cetera aedificia occidentem ſpectantia. Sed quoniam de ea parum habemus, quod liqueat, magis nobis arridet prior notatio; quippe quae cum vi nominis & iudicio intelligentium plane atque omnino congruit. Ab hac autem ac priore notatione longius abſunt, qui quum duas rupes, rectis lineis poſt eam rupem ſurgentes, cui *Trifelſam* impoſitam eſſe diximus, ac modico ſpatio ab eadem & inter ſe diſtantes videant, tum vero in ſingulis neſcio quarum ſubſtructionum reliquias conſpiciant, has ipſas caſtri quoque partes olim fuiſſe, atque inde id appellationem traxiſſe credunt *. Verum hoc ſi non falſum eſt, at valde

 tamen

XXIIII, p. 125, in *Waſgoviae* caſtris numeratur, ac *Trachenfels* ſcribitur; quibus addere operae pretium erit *Geſta Trevirorum a Io. Nic. ab Hontheim*, viro venerabili atque perilluſtri, *parti poſter. prodromi Hiſt. Trev.* inſerta, ubi iſtud caſtrum, & quidem Cap. CLXXVI p. 860, a *Richardo*, Archiep. Trevir. & *Philippo*, *Magnanimo*, Landgr. Haſſiae, quum *Franciſcum Sickingum*, Equitem, debellaſſent, incenſum fuiſſe, dedita opera memoratur.

* In his ſunt maxime *Anvillani*, & eorum adſtipulator *Schoepflinus*, qui ipſe caſtrum luſtravit, atque in altero *Alſatiae* ſumma cum cura & diligentia *illuſtratae* volumine p. 188, § CCCXXXVIII ſuam de origine nominis *Trifelſae* ſententiam breviter ita expoſuit; *Trifels, caſtellum triplex, natura ſimul et arte munitiſſimum, a tribus rupibus, quibus impoſitum, nomen accepit.* Nec vero procul abeſt, quin Viro ampliſſimo aſſentiar, niſi obſtarent, quae pro prima notatione & contra hanc tertiam dicere libuit. Ceterum duae iſtae

tamen dubium atque incertum. Neque enim quidquam adhuc

---

iſtae rupes in tabula, de qua ſupra p. 16, n. * mentio facta eſt, expreſſae exſtant, & quidem ex opinione *Anvillanorum*, ut ſi, quae in eis cernuntur, parietinae caſtri *Trifelſae* partes eſſent. Iam easdem quoque, verbis amici cuiusdam depictas, hic exhibere non dubito: Die Benennung des Schloſſes Tryfels kommt nach der gemeinen Meinung von denen in gerader Linie hinter einander liegenden dreyen erhabenen Hügeln her; worunter der zweyte ein hoher und oben breiter Fels iſt, auf welchem man durch eine in denſelbem gehauene Treppe hinauf geſtiegen, ſo aber zerſprengt iſt. Auf dem Felſen findet ſich nichts mehr, als ein zerfallenes Mauerwerk. Unten war derſelbe mit einer Mauer, wovon der Schutt noch deutlich zu ſehen, umgeben. Gegen den dritten Hügel war anſtatt der Mauer ein in den Fus gehauener breiter und tiefer Graben. Zwiſchen dieſem und dem 3ten Hügel iſt eine Reihe von ſehr groſen Felſen, die, weil ſie etwas tiefer liegen, durch die Bäume bedeckt ſind, ſo daß man ſie von ferne nicht deutlich ſehen kan. Unter ſelbigen befindet ſich einer, in welchen oben, 12 Schue in der Höhe, eine Thür gehauen, wodurch man vermittelſt einer in dieſen Felſen gehauenen Treppe auf deſſen Höhe ſteigen kan. Auf dem dritten Hügel, von einigen das Schloß **Staffenberg** genannt, bemerket man einen ſolchen Brunnen, wie auf dem erſten, ſodann einen hohen ſtumpfen Thurn, welcher ohngefähr 80 Quaderſteine vom Felſen, worauf er ſtehet, bis in die Höhe hat. Der Eingang in ſelbigen kan ohne Leibs- und Lebens-Gefahr nicht mehr geſchehen, und iſt auch ohnedem durch einen vor der Thür liegenden ſehr groſen Stein verſperret; daß alſo von deſſen inwendiger Beſchaffenheit nichts zu melden ſtehet. Sonſten ſiehet dieſer Thurn auswendig an drey Seiten annoch ſehr gut und dauerhaft aus. Auf der der 4ten Seite aber gegen der Stadt zu, iſt das Mauerwerk ziemlich verfallen. Auf der Seite gegen den 2ten Hügel iſt er mit einem tiefen Graben, ſo theils in den Felſen gehauen, theils aber mit Quaderſteinen aufgeführt, umgeben geweſen. Uebrigens befinden ſich hier und da Stücker von

Digitized by Google

adhuc eruere licuit, quo confirmari poſſet, *Trifelſam* non in uno colle, ſed in duobus praeterea aliis trifariam fuiſſe exſtructam. Atque idem de nummorum officina dicendum, quam in tertio colle, grandiore turri conſpicuo, conſtitutam putat vulgus, inductus, opinor, iure, quod olim *Anvillanis* datum, ut loco docebimus, ſignandi argentum. Quae cum ita ſint, non aberravero, ſi parietinas illas aut ex aedificiis quibusdam, quae, caſtro in vertice collis, cui imponi coeperat, penitus iam exaedificato, ac ſuum *Trifelſae* nomen pariter iam habente, poſtea, ſi quando uſus erat, in proximis duobus collibus conſtituta fuerunt; aut ex arcibus a *Trifelſa* diverſis ac Miniſterialium, neſcio quorum, propriis reſtare coniecero, atque ita, ut poſteriorem hanc coniecturam quam proxime ad veritatem accedere putem, propterea, quod parietinae in tertia rupe exſtantes nomine arcis Staffenberg / forte Stauffenberg, in publicis expenſi & accepti codicibus appellatae dicuntur. Ecce autem alia, quam paene praeteriiſſem, ac nova nominis, cuius originem adhuc quaeſivimus, enodatio! Volunt enim *antiquitates*, ait quidam, *caſtrum Trifelſam a* Triboce, *praefecto Romano*, & *conditum*, & Tribochum *dictum eſſe*, *ex eoque factum Trifels*: quo quidem commento nihil vanius, nihil futilius, nihil abſurdiſſimis famoſi illius *Humbaldi* fabellis ſimilius dici aut fingi poteſt. Quis enim iſte *Tribox*? nullis litterarum monumentis commemoratus, cuius

von zerfallenen Mauern, an welchen aber nicht mehr zu erkennen iſt wozu ſie gedienet.

cuius vel ipſum nomen haud dubie arreptum fictumque ex eo, quod gentem, quae tractum *Germaniae ſuperioris Ciſrhenanum* antiquitus incoluit, tenuiſſe ac *Tribocos* dictam fuiſſe conſtat, intolerandam, quam ſibi dedit antiquitatum iſtarum auctor, imperitis imponendi licentiam prodit. Enimvero non feciſſem nugatoriae huius etymologiae mentionem, niſi in ſcripto exſtaret, quod in manibus eſt multorum, atque aureolum putatur *.

Venio

* Commemorat eam iisdem fere verbis, quibus nos uſi ſumus, *Phil. Pareus*, vir cetera doctiſſimus, in *narrat. hiſt. de vita* patris aliquoties iam citata. Vnde nunc locum exſcribam integrum, ut eo confirmentur quoque, quae de nomine caſtri vel a baſi eius, vel a forma ducendo ſtrictim diximus; *A Triboce, conditore, Tribochum* (caſtrum) *dictum antiquitates volunt: ex quo Trifels factum, quaſi Trinacria rupes, aut Trirupia, vel Tripetraea; ſive a baſi rupibus trifida, quarum veſtigia adhuc exſtare feruntur; ſive a forma, quam caſtrum medium intra cippum putealem, & totum occiduum, fulmine deiectum, referre viſum eſt.*

Ceterum antiquitates illae, quas laudat *Pareus*, *Palatinae* ſunt *antiquitates*, collectae a *Iac. Beyerlino*, homine obſcuro, quae res nec veras, nec veriſimiles continent; quarumque ſpecimen, quod ad *Trifelſam* attinet, iam prolatum eſt in *Orat. caſtrum* illud illuſtrante p. 7 & 8. n. *. Neque tamen locus ibi allatus idem ille eſt, unde hauſit *Pareus*, ſed alius eiusdem ſententiae, eisdemque Antiquitatibus inſertus, & quidem capiti, quod inſcribitur: Vom Urſprung: König- auch Kayſerlicher Privileg. und Gerechtſamen etlicher vornehmſter Schlöſſer, Häuſer, Flecken, ſo obneben - an - bey - und unter des Königlichen Stuhls, Göcklingen / gelegen, *ex Iohannis Agricolae, Ruperti* Imperatoris, Secretarii Camer. *Viridario Antiqq.* deſcriptio: ubi

Venio nunc ad ipſam arcem, in quam quondam fuerunt tres viae erectae: una breviſſima quidem, (nam directo ſurſum fert) ſed valde praeceps atque ardua: altera, quae vetus nomen *ſemitae aſininae*, ab aſino, mulove, qui in arce altus, commeatus ſupportandi cauſſa, ſurſum deorſum ambulabat, tractum etiamnum retinet *, propter flexum minus acclivis eſt ac magis trita: tertia, quae vecturis patebat, ſatis latum longumque, clivi molliendi cauſſa, habet anfractum, in quem duae priores viae haud longe ab arce incurrunt, ita ut hinc in eam una ducat via, ſed quae adeo corrupta eſt, ac tot frondibus & virgultis intercluſa, ut eius aſperitas magis rependo, quam adſcendendo exſuperanda ſit.

---

ubi *Trifelſae* conditor non *Tribocbus*, uti in priore, vocatur, ſed, ſicut a *Pareo*, *Tribox*. At quid impedit? quo minus & iſtum locum hic deſcriptum exhibeamus; An *Dni.* 40 hat Tribox, ein Römiſcher Landvogt, bey Antherſweyer Ihme zum Stuhle erbauet das Berg Caſtell Tryfelß / welches Dagobrecht quintus, als er Franckenegk gebauet, ſo jetzt Neu Caſtell heißt, ihm zur Veſtung und Nothwehr wieder ſeine Wiederſacher geordnet, und übergab ſie ſeinem getreuen Cämmerer Ladislao, ordnet ihne zum Herrn über Tryfelß &c.

* Confirmat haec atque illuſtrat vetus quaedam pictura, voluminiui praepoſita mſcto atque e latino in germanicum converſo, quo *actio*, ſive *proceſſus*, ut loquuntur, *Luciferi contra Ieſum coram iudice Salomone* exhibetur, cuiusque dedita opera recenſendi poſthac dabitur locus. Nam in ea, & quidem in ſuperiore parte (eſt enim bipartita) aſinus ita pictus conſpicitur, ut ſarcinis onuſtus atque a mulione actus via iſta ad arcem incedit. Fit praeterea utriusque mentio in vetuſtis tabulis accepti & expenſi *Trifelſae* confectis vocaturque in eis germanice mulio, der Eſeller, ipſum vero iumentum, quum eo etiam homines veherentur, das Eſel-Pfert.

Digitized by Google

Iam ubi in ſummum evaſeris, magna, qua introeas, patet porta, a cuius capite via fornicata ſcanduliſque conte&ta ad ipſum caſtrum ducta erat, ſuper quam caſtellani ad puteum, laevo portae lateri adiunctum, aquam hauſturi, iviſſe dicuntur. Hic autem ipſe puteus (libet enim ad eum, illuſtrandi cauſſa, paulliſper adſiſtere) primum hodie habetur opus, prae ceteris caſtri reliquiis vel maxime viſendum. Eſt enim, ſicut, quam adhuc ſervat, facies oſtendit, altitudinis profundae, intus egregie munitus, extra ſuper terram turri ſeptus quadrata, eaque pedes alta XXIIII, tantumque dignitatis caſtro attulit, quantum caſtellanis utilitatis maxime neceſſariae. Ac fecit haec ipſa dignitas, ut abhinc annos XC de eo tuendo ad *Ducem Fridericum Ludovicum* referretur *; neque is tam preeclarum anti-

* A Conſiliariis, qui rationem habebant redituum Principalium, his verbis; Bey drauſiger Rechnungs Abhöhr iſt zugleich das Hauß **Triefelß** beſichtiget worden, welches allerdings zuſammen gefallen, daß an einige Reparation nicht mehr zu gedencken, auſſerhalb einem Thurnbau, in welchem ein ſehr ſchöner Brunnen, worüber das Gebäu noch guet, vnd nur etwas mangelhaſt ahm Dachwerck iſt, welches mit geringen Köſten, vnndt vffs höchſte mit 10. oder 12 fl. zu repariren ſein mögte. Ob nun, wiewohl eben keln ſonderlicher uſus dieſes Gebäus, Sereniſſimi Fürſtl Durchl. dannoch der antiquität halber ſo ein geringes ahnwenden, vnndt künfftig dieſen Thurn vndt Brunnen vnterhalten, oder aber gar eingehen laſſen wollen, ſtehet zu Dero gnädigſten belieben; vndt wollte man jenes, umb der nachrede willen, lieber rathen . . . . Zweybr. den 16. Aug. ao. 1670. Rechen-Cammer.

antiquae ſtructurae monumentum neglectum vellet *. At quum ſumtuum in tectum turris, quod maxime vitium fecerat, inſumendorum ratio denuo inita, animadverſumque eſſet, eos maiores eſſe multo, quam qui erant, vitio iſto leviter inſpecto aeſtimatoque, ante indicati, & tecti reficiendi & ipſius putei poſthac tuendi conſilium abiectum eſt **, eoque magis, quod is, vacuo pridem ab habitatori-

* Etenim relationem illam aliquot poſt dies hoc Principis ſubſecutum eſt mandatum: Als iſt Höchſtgedacht J. F. Dhlt gnädigſter Befehl hiemit, daß der Landtſchreiber **Neucaſtler** Ambts, **Simon Friederich Glaſer**/ jetzt beſagt Thurn gebäu der Gebühr nach wieder repariren laſſe, undt auch alſo im Bau erhalte, auf daß man deßwegen ſich keines weitern Schadens zu befahren habe.

** Vt haec etiam confirmem atque dilucidiora faciam, afferam e tabulario Principis *primum* litteras a Conſiliariis, quos modo laudavi, de impenſa in refectionem tecti facienda ad Summum conſilium, quod tum maxime ſolebat *Cancellaria* appellari, miſſas atque in hanc ſententiam ſcriptas: Ob man wohl vermeint gehabt, es würde die Deckung, oder reparation deß Dachwercks am Thurn über dem Brunnen auf dem Hauß **Trifelß** über 10 oder 12 fl nicht gekoſtet haben, ſo vernimbt man jedoch jetzt aus des StattSchultheißen zu Annweiller, **Jacob Riebels**/ gemachten Ueberſchlag hiebey, das es weit ein mehreres, und alſo wohl über die 40 oder 50 fl, ohne die Nägel, dieweyl alles von neuem gemacht werden muß, koſten würdt. Stelt es demnach Zu Sereniſſimi Fürſtl. Dhlt. gdſten belieben, ob man dieße Arbeit verfertigen, oder aber gleich den andern Gebäuen vollents in abgang kommen laſſen ſoll; Zweybr. den 23ten 7bris 1670 Rechen Cammer. Nach Zweybr. zur Canzley.
deinde Cancellariae ſententiam, qua priores litteras ſubſecuta totum hoc putei conſervandi negotium ad arbitrium Principis contulit:

P Hält

ribus atque inani caſtro, nemini profuturus erat. Itaque vetuſtatis, omnia conſumentis, iniuriis porro relictus tot lapidibus ligniſque partim e caementis, quibus muniebatur, tectoque delapſis, partim, altitudinis explorandae cauſſa, ab eis, qui caſtrum ſubinde luſtrarunt, licentius iniectis, ſenſim oppleri coepit, ut ipſe fons utriſque compreſſus obſtructusque e radice montis tandem eruperit.

Hactenus, *Auditores*, in veſtibulo *Trifelſae*, putei iſtius maxime cauſſa, paulliſper conſtitimus: nunc in ipſam arcem ad interiores eius partes, quatenus quidem nonnullas per nimias, quibus paſſim collapſae ſunt, ruinas, adhibita & hominum & veterum litterarum memoria, indagare atque internoſcere licet, perluſtrandas feſtinat oratio. In eis autem durat adhuc magna ex parte, &, quae eius eſt firmitudo, vetuſtatis iniuriis reſiſtit, praeſtantior & inſignior pars, moles ſcilicet, ſive turris quadrata, grandioribus lapidibus, eisque quadratis, exſtructa, atque in altitudine LXXX fere pedum etiamnum eminens; quae uti intus in tres contignationes deſcripta eſt, ita earum quaeque conclavibus diſtinguitur diverſis. Nec defuere acceſ-

---

Hält man mit der Rechen Cammer, die Koſten, ſo ſich à 40 biß 50 fl belauffen, etwas groß, vndt weilen der Brunnen nicht zu genießen, ſondern allein pro monumento des alten Haußes dienet, ſo ſtehet allein zu Sereniſſimi Gdhlt gdſtem gefallen, ob Sie den überſchickten überſchlag gdſt genehm halten, undt darauf hin befelch ertheilen, oder aber in ſtatu quo weiters ſtehen laßen wollen. Extract Canzley protocolls vom 11 oct. 1670. Princeps autem voluit, ut de puteo fieret, quod maxime ex uſu eſſet, idque in eam partem acceptum, ut poſthac nulla fuerit illius ratio habita.

ceſſiones, ſicut ſemiruti muri demonſtrant, utrique turris lateri adiunctae; in quibus praeter alia aedificiorum genera tum ſacellum, quod lautius ſtructum marmoreo nituit pavimento * propriumque habuit ſacerdotem, *Capellani* appellatum nomine **, atque e vicino, ut opinor, coenobio *Vſſer-*

* Facto ex illis lapidibus marmoreis, qui e ſacello ſublati atque in *Anvillanum* coetus Germanici templum deportati ſepoſitique dicuntur in altera mandati modo prolati parte, qua *Glaſero*, Provinciali ſcribae, negotium datum, ut, quae in arce reſtaret, columna marmorea, eam cum aliis lapideis, eisque pulchellis, inde in idem templum transportandum curaret. Sed ut, quae modo ſtrictim dixi, magis in aperto ſint, dabo hic illam quoque, noſtratibus maxime legendam, mandati partem:

Zum andern finden ſich auch in dem Haubtbau dieſes Haußes **Triefelß** ein Marmorſteine Säul, wie auch in einem andern Gemach underſchiedliche hübſche runde Säulen, zwar nit von Marmor, aber doch von andern gemeinen hübſchen Steinen, welche an andere Orth mit der Zeit etwan wieder nützlich gebraucht werden können. Dieſe Säulen nun hatt gedachter Landtſchreiber ebenmeſſig durch deren Dingen verſtändige Handwercksleuth, ehe und bevor etwan die Gebäu vollens zu hauffen fallen mögten, abbrechen, undt nacher Anweyller in die teutſche Kirch (allwo noch mehr Marmorſteinene Platten, ſo auß der Cappellen uff mehr gedachten **Triefelß** erhoben, vndt dorthin geführt worden, deren Summa ſeyn ſoll, wie beyliegender Extractus außweißt) führen zu laſſen, auch eine ebenmeſſige Specification von ſolchen Steinen, (jedoch die Marmorſteine abſonderlich) zu nemmen, wie lang und dick Sie ſeyen, undt copiam darvon anhero zuſchicken, auch ſo dann jene und dieſe zuſammen ſeiner Rechnung anhäncken undt nachführen. Welches man ſich alſo zu geſchehen verleßt. Signatum Zweybr. den 22. Aug. anno 1670 RC.

** Ad haec confirmandā ſuppetunt duorum *Capellanorum* tabulae, qui-

Vſſerſtalenſi adſcitum, tum ampliſſimum illud conclave, quod

---

quibus ſibi annua recte atque ordine praebita eſſe teſtantur; neque ab re erit, eas his cum litterarum veterum ſtudioſis communicare:

Jch **Johannes Annewiler** Capplan zu Tryfels erkenne mich in dyeſem offenen Brieff myner eygen Hende ſchrifft das in dem Jahre als man zalt duſent vier hundert eins vnd ſiebenzig han empfangen von dem Erbern Claus Hackfleyſch keller zu Nycaſtell zehen achtel korns zu Unſer lieben frawen dag Spyer meß vnd ein fuder wins uff Sant Mychels dag und zehen Gulden uff Sant Martins Dag von mir ganz verdienet vnd empfangen von dem eegenanten keller und darumb zuſage ich vorgeſchrybener Capplan inn dyſer myner Hende ſchrifft den genanten keller zu Nycaſtell quit ledig und loß derſelben ſunten Gelts wins und korns des vorgenanten Jahrs myns verdyenten lons uff der vorgeſchriebener Cappellany und zu merer ſicherunge ſolcher Guder bezalung ſyt ich eygen Jngeſigel nit habe, Han ich myt Fliß gebetten den Erſamen Herr Johannen Wygeln Stadtſchrybern zu Annewiler mynen lieben Herren und Vettern das er ſin Jngeſigel drucke zu Ende dyſer ſchrift. Daß ich Johannes Wygel vorgeſchriben von bede wegen Her Johan Capplan myns Vettern gethan habe Doch myr und myn erben on ſchaden.

Jch Bruder Johannes Köler Conventuale zu Vſerſtale bekenne mich alſo als der Hochgeborne Fürſt myn Gnediger lieber Here Hertzog Ludwige mir als ſyner Gnaden Capellanen Jahrs X Gulden X Malter Korns vnd I Futr Wins Ußricht derſelben Gulden Korn Gelt und win hat mich Contze Keller zu Triefels Erberglichen von des gemelten myns gnedigen Lieben Heren Ußgericht und bezalt daß ich ſin Genade ſage Quit ledig und loyß. in Urkundt Here Crafften ſecrete zu Anwiler ingeſiegel uff Mondag Sant appollonius dag anno MCCCCLXXXVI.

Iam quum ex his apochis, itemque e veteribus tabulis, in quas accepta & data, quod ad caſtrum attinet, relata exſtant, per-

Digitized by Google

quod *Herzogius*, luculentus annalium Alſaticorum ſcriptor

---

perſpicuum ſit, unum tantum, qui ſacra curaret, ibi conſtitutum fuiſſe monachum: *Herzogius* tamen *chron. Alſat lib.* VIIII, *cap.* I. p. 148 *& ſeq.* teſtatur, ſe ex quibusdam civibus Anvillanis, aetate iam provectis, audiſſe, duos adhuc ipſorum memoria, ac tempore Ducis *Ludovici*, nimirum II (hoc enim Bipontinis imperante, Anvillani illi vixiſſe exiſtimandi ſunt) in arce fuiſſe monachos, qui quotannis imperitae multitudini, undique adcurrenti, coronam *Chriſt*, &, qua eius latus percuſſum fuerit, lanceam, *Hagenoa Trifelſam* allatas, monſtrarint, ac tandem inter ſe graviter diſcordarint, propterea quod alter tam inſignite fuerit impudens, ut, columbarum pari, quod ipſe oculorum viſu orbaverat, inſuper monſtrato, dictitare non dubitaverit, ambas, quum coire voluerint, nec *Trifelſa* ferret libidinoſos, amiſiſſe lumina, alter vero ſodali ſuo mentienti reclamarit; quod illi ipſi exitio fuiſſe videtur. Addit enim Chronographus, eundem, paucis diebus poſt illam contentionem cum ſodali, exſtinctum inventum eſſe in ciſterna; alterum vero ſe e caſtro proripuiſſe. Enimvero parum abeſt, quin huic narrationi fidem abrogem. Nititur enim infirmo auditionis ac memoriae vulgi fundamento, & quae in ea expoſita ſunt, accidiſſe dicuntur, quum Dux *Lud. II* terras teneret Bipontinas. Atqui huius ipſius laudatiſſimi Principis conceſſu & beneficio contigit, ut publica ſacra ad praeſcriptum oraculorum divinorum auſpicato revocarentur, neque credibile eſt, ea in uno caſtro *Trifelſa* priſtino ſuo ſtatu manſiſſe, conceſſumque fuiſſe, ut improbo illo praeſtigiarum offuciarumque monaſticarum genere indocti ignarique divinae veritatis porro deciperentur. Accedit, quod unus tantum monachus, cui ſtipendium ſtatutum erat, ſicut iam ante liquido demonſtravimus, ſacris in arce praefuit. Vnde igitur duo illi monachi? Sed video, fore, qui ad haec omnia reſpon-

Digitized by Google

tor, & laudat *, & ipſe vidiſſe videtur, gradibus in petra, cui impoſitum erat, conſtitutis adſcendendum, ſoloque ornatum marmoreo fuiſſe arbitror. ** Sunt quoque in parte acceſſionum, occidentem ſpectante, reliquiae ſubſtructionis collapſae, ex quarum figura coniiciunt, qui aliquid de aedificiorum ſtructura poſſunt iudicare, eas reſtare e cuſtodiis, quibus non ſolum humiliores homines incluſi, ſed, quorum aliqui mediis temporibus *Trifelſam* ducti fuere,

reſpondeant, primo rem, quam adhuc dubiam fecimus, actam eſſe ante ſacrorum emendationem: deinde unum aut alterum monachum, quum anniverſaria illa ſacrarum reliquiarum demonſtratio incideret, e vicino quodam coenobio vel ſponte adveniſſe, vel accitos eſſe, ut in ea, myſtagogorum perſona ſuſcepta, ſuam operam navarent. Age, ſi quis haec belle conjecta putet, nihil repugno.

* Eis verbis, quae in *Orat. de Trif.* p. 9, n. * iam allata ſunt, tamquam profecta a *Zeilero*, quum ſint *Hertzogii*, quem ille citare neglexit. Fuit autem eius generis conclave, quod *Vitruvius*, Graecis praeeuntibus, appellat *oecum*, hodie vero apud Gallos, Italos, Hiſpanos & Germanos vocatur *Sale*, *Salon*, *Sala*, Saal.

** De loco quidem capellae, ſive ſacelli, diſſentiunt *Anvillani*, quando id in altera ipſius turris contignatione incluſum fuiſſe putant. Sed nos hic *Schoepflinum*, acerrimum omnis antiquitatis inveſtigatorem, ſequendum duximus. Is enim in caſtri, diligentius a ſe inſpecti, deſcriptione, cuius initium paulo ante exhibuimus, de ſacello ita loquitur: *Rudera Capellae, in qua inſignia Imperii ſec. XIII aſſervata, ſuperſunt.* Eius igitur extra turrim aedificati certa veſtigia vidit. Nam ſi ſacellum in turri fuiſſet, nulla vidiſſet eius rudera, quum ipſa turris adhuc ſatis integra ſuperſit.

Digitized by Google

fuere, viri etiam honore ac nomine illuſtres * aſſervati per-

* Vt *Adelbertus*, Archiepiſcopus Moguntinus, de quo agitur in *Orat.* de *Trif.* p. 14. & duo, quos nunc in eam addimus, ab *Ottone* de *S. Blaſio* in appendice ad lib. VII *Chron. Ott. Friſing.* c. XLI, p. 220. edit. *Vrſtis.* his verbis commemorati: (*Henricus* VI, Imp.) *Margaritam, archipiratam, & Richardum, Comitem, Imperatricis conſanguineum, luminibus (ut dictum eſt) privatos aeternis vinculis apud Trivels deputavit.* Sed eſt praeterea, prioribus tribus longe maior atque excelſior, quem captivis illuſtrioribus *Trifelſam* abductis annumeremus, *Richardum* videlicet, primum huius nominis *Angliae* Regem. Atque eum eruditiſſimus *Schoepflinus* eruit ac protulit tum ex ipſius *Richardi* epiſtola ad *Alienorem*, matrem, apud *Rymer. Actor. publ. tom. I. p.* 80, tum ex *Matthaei Paridis hiſt. Angl.* p. 121. Neque vero alienum, credo, ab inſtituto *Trifelſae* illuſtrandae meo exiſtimabitur, ſi verba Viri ampliſſimi, quibus captivitatem illam *Richardi* Trifelſenſem praeclare exſequitur, e § CCCXXXVIII egregii ſui voluminis, ſupra iam citati, huc tranſtulero: *Sed &* (Henricus VI, Imp.) inquit, *quod notatu dignum, Richardum, Angliae* Regem, *ex terra ſancta reducem, quem Leopoldus Auſtr. prope Viennam ceperat, ipſique pro ſexaginta mill. marcis vendiderat, in caſtellum* Trivellis *deduci iuſſit; unde nullum antea captivum rediiſſe Mathaeus Paris ſcribit, qui* Triballis *illud corrupte vocat.* Verumtamen horum utriusque auctoritatem elevare videntur *Otto de S. Blaſio*, ſcriptor Germanicus, integritatis laude conſpicuus, & *Rogerius Hovedenus*, hiſtoricus Britannus fidei ſpectatae; ac prior quidem in *Appendice Chron. Ottonis Friſing.* his verbis: Henr. VI *Regem ſibi praeſentari iuſſit, praeſentatumque* Wormatiam *aſportari, vinctum ferroque onuſtum praecepit:* alter vero *in Annalibus rerum Anglic. p.* 733 ita ſcribit: *Richardus I fuit adbuc in captione Henrici Romanorum Imperatoris, in Alemannia,* apud Spiram, *die Natalis Domini*

perhibentur. Enimvero cuſtodias in caſtro fuiſſe, pro certo habendum, nec mihi dubium, quin tales fuerint illa conclavia, quae ianuis ferratis, feneſtris ac fornacibus clathratis, peſſulis denique & repagulis primo quoque tempore ita inſtrui atque muniri iuſſit Dux Bipontinus, *Wolſgangus*, * ut nullus captivus inde evadere, eaque per-

---

ni, qui Sabbato evenit, & ibi *manſit, usque ad tempus liberationis ſuae.* Atque inde eſt, quod *Struvius* in *Corpore hiſt. Germ* p. 422 ponit: *Imperator eum* Wormatiae, *demum* Spirae *fecit adſervari.* Verum is ignorans forte *Trifelſam*, aut de ea non cogitans fallitur. Etenim verba *apud Spiram* intelligit de ipſa *civitate Spirenſi*, cum tamen, meo quidem iudicio, de *tractu Spirenſi*, quo vicina continetur *Trifelſa*, intelligenda ſint, ita ut *Rogerius Hovedenus* locum, ubi *Richardus* aſſervatus fuit, generatim, ipſe vero Rex & *Matthaeus Paris* eundem nominatim deſignaſſe exiſtimandi ſint.

* His quidem litteris, aliquot menſibus ante, quam *Gallos*, emendatiori religioni addictos, adiutum profectus eſt, ad Cellarium miſſis Novi caſtelli, quod a *Trifelſa* duo M. P. abeſt atque olim caſtrum quoque Imperii fuit.

Lieber getreuer; Unſer gnedig Bevelch iſt, das du die Gemach uf unſerm ſchloß Trivelß alſo ufs ehiſt zurichten laſſeſt, nemlich gute ſtarcke dicke auch neue Dhüren, mit Beſchleg wol verſehen, und mit doppeln ſchloſſen, auch auſwendig mit einem Rigel und Kloben und ein ſtarck mallenſchloß. Item die Fenſter ſollen mit ſtarcken eiſernen Gegittern alſo eng gemacht werden, das man nit dardurch kommen möge. Gleicher geſtallt ſollen auch die Oefen inwendig alſo ſtarck und eng vergittert werden, das man auch nit dardurch kommen kunde. Dieſem alſo nachzukommen, wollen wir uns zu geſchehen verlaſſen. Dat. Zweibruck, den 10 Novemb. anno 68. An Keller zu Neu Caſtell.

perrumpere poſſet. Verum tamen illud in incerto poſitum, utrum iſtae cuſtodiae extra turrim, ſive primariam caſtri partem, fuerint, an intra eam; quamquam reorum illuſtriorum amplitudo facit, ut ipſos non vulgari quodam ac ſeorſum aedificato carcere, ſed in principe illo aedificio liberalius honoratiusque cuſtoditos fuiſſe putem. Atque haec, quam adhuc notavi, acceſſionum pars, anno ſaeculi ſuperioris ſecundo, tempeſtas quum coorta eſſet maxima, fulmine icta deflagravit; quam calamitatem Dux, *Iohannes* I, qui tum terras *Bipontinas* tenebat, ſibi ab *Anvillanis* nuntiatam & moleſte tulit & ſapienter*.

Iam

* Luculenter id declarant ipſius *Principis* litterae, quibus epiſtolae *Anvillanorum* haud gravate reſpondit. Et quum quidquid a Principe tam ſapiente tamque ſancto profectum reperitur, dignum certe ſit, quod foras detur, neminem arbitror fore, qui mihi vitio vertat, quod eas a ſcriba civitatis *Anvillanæ*, *Patrickio*, Viro praeſtanti atque officioſo, benevole ad nos miſſas huc inferre non dubito.

Johannes von Gottes Gnaden Pfaltzgraue bey Rhein, Hertzog In Beyern, Graue zu Veldentz vnnd Sponheim ꝛc.

Vnnſern Gnedigen Gruß zuvor, Liebe Getrewe. Wir haben aus Euerm under dato Anweiler vom 29 huius, an vnnß gethanen ſchreiben, ſo wir in vnnſerer Wieder Zurückhreißen underwegen wol empfangen, Darinnen Ir vnns Unterthenig berichtet, waß geſtallt in einem erſchrecklichen Do: ner Wetter durch einen feuer Strahl, vnnſer ſchloß Triefells / angezündt, vnndt ein guter theil daran verbrandt worden, ſambt fernerm deſſen Inhallt mit mehrerm verſtanden. Ob wir nun wol angeregten Zuſtandt ungern vernommen; Auch guter Hoffnung ſein, der ſchaden ſolle nitt ſo groß ſein, als er im erſten Anſe-

hen

Iam quanto minus conſtat, in quo potiſſimum loco poſitum fuerit aedificium, quod in arce captivorum, quos dixi, includendorum cauſſa exſtructum creditur: tanto magis liquet, ubi illa veneranda atque auguſta Imperii inſignia aſſervari ſolita ſint. Haec enim non minus in Trifelſae, quam aliarum Imperii arcium * tutela cuſtodiaque ſub

---

hen und ſchrecken geachtet würdt, darüber wir dann fernern Berichts gewärtig, So müſſen wir es jedoch dem allmächtigen, deſſen Gewalt und Willen nit zu wiederſtreben, heimſtellen, und ſolches alles mit Geduldt ertragen. Seine göttliche Allmacht geruhe vns und die vnſerigen für dergleichen und anderm Unglückh hienfürter Vätterlichen zu bewahren, und bewahren, und nach ſeinem göttlichen Willen dieſes Zuſtandts in andere Weeg wieder zu ergötzen. Sonſten haben wir vnſerer Dhiener Zwehn, albereit nacher **Tryfells**/ deßwegen alle gelegenn:und beſchaffenheit einzunemmen, und uns darüber allen nothwendigen Bericht, und relation zu thun abgefertigt, Das wir Euch hienwieder in Antwort vermelden wollen, unw ſeindt Euch ſambt und ſonnder mit Gnaden wol gewogen; datum Zwenbrücken den 1ten Aprilis ao. 1602. **Johannes Pfalzgraue** ꝛc.

* Ex his illuſtris *Ludevvigius* in praeclaro opuſculo *de Noriberga, inſignium imperialium tutelari*, sap. IV, §. 10, & notis ſubiectis, praeter caſtrum noſtrum, quod *Dreisveldam*, *Driesvelt* corrupte appellat, *Hammerſtein* & *Kyburg* fuiſſe commemorat; quamquam nec loco, neque ordine. Nam primum tria iſta caſtra civitatibus perperam admiſcet, *quae ſibi inſolenti*, ut loquitur, *conatu ſpartam tutelarem arrogent*, quaſi illa idem appetant, aut potius appetiverint: deinde *Kyburgum*, quod propria fuit poſſeſſio *Comitum Habſburgicorum*, *Trifelſae*, Imperii caſtro, praeponit; cum tamen inſignia in hoc ſatis diu latuerint, ac demum, finito interregno, in illud *Helvetiae* caſtrum pervecta fuerint. Notan-

ſubinde latuiſſe, non uno veterum annalium tabularumque monumento docere licet *. Atque ipſa inſignium iſtorum ratio

---

tandum praeterea, quod ad cuſtodiam eorundem *Hammerſteinio*, caſtro olim iuris imperialis, hodie *Trevirenſis*, creditas attinet, eam verbis *Abbatis Vrſpergenſis* not. (ee) allatis parum firmari & probari. Illius enim auctoritatem elevant ſcriptores a *Ioanne* in *epiſt. Orat. de Trif.* adiuncta in contrariam partem citati, quippe qui pro *Hammerſteinio* ſubſtituunt *Trifelſam.* Ceterum caſtris illis, quae hactenus recenſuimus, annumeranda quoque eſſet, *Bopardia*, regale itidem veterum Germaniae Regum palatium, in *Treviris* ſitum. Tradit enim *Spenerus*, in *Iuris publ. Germ. P. II*, not pag. 190 ſubiectæ, *imperialia inſignia tempore* interregni *Bopardiae* aſſervata fuiſſe. Verum locus, quem Vir clariſſimus rei probandae gratia e *Chronographo Colmarienſi* attulit, nihil aliud probat, quam *Rudolfo I*, quum *Moguntiam* veniſſet, *praeſentata eſſe regalia. Schatenus* quidem in *annal. Paderborn.* lib. an 1273, p. 123. haec ponit: *Bopardiam cum perventum*, *lancea imperialis & corona aurea, auguſtalia imperii ornamenta*, *Rudolfo I oblata ſunt.* At neque ex hoc ſcriptoris maxime recentis loco effici cogique poteſt, quod vult *Spenerus*: quippe quum duo tantum inſignia, & quidem *Bopardiæ* non cuſtodita, ſed oblata fuiſſe dicat *Schatenus.* Quae quum ita ſint, ſequitur, ut inſignia illa imperialia, per totum interregnum *Trifelſae* potius, quam alibi aſſervata fuerint; quod ipſum liquidius confirmabunt, quae in ſequenti annotatione diſputabuntur.

* Videſis *orationem de Trifelſa* p. 16, n. * & *epiſt. Ioannis* illi adiectam p. 29. & ſeqq. Nequeo tamen, quin teſtimoniis ibi allatis addam hic illuſtrem, & ad idem exquiſitius confirmandum maxime appoſitam tabulam, qua *Richardus*, *Caeſar*, teſtatur, ſibi ornamenta imperialia a *Camerario* ſuo, *Philippo*. Dynaſtae *Falckenſteinii*, cui ea *Trifelſae* cuſtodienda commiſerat, fideliter red-

 dita

ratio ac vetus conſuetudo in eis cuſtodiendis adhuc conſtan-

---

dita eſſe. Exſtat autem in luculento commentario, quem *Gebaverus*, decus & lumen *Academiae Goettingenſis de vita rebusque geſtis Richardi* germanice ſcripſit, p. 404, N. LIII hiſce contexta verbis:

Richard von Godes Gnaden Romeſcher Kunige, und allewege merer entbüden allen getruwen des romiſchen Riches die dieſen Brief anſehent ſin Gnade und alles Gut. Wir tun noch allen kund, daz unſir lieber Getruwer Kemerer Philipp von Falckinſtein unſer Burg Trifels, und die Keiſerlichen Zierunge, die wir im vürmales ſiner getruwen Hüdunge ſicherlichen, bevalen, und uns und Riche wol behut, ganz uns getruwe alſo ſchiere, als wir ſy yme hieſchen, hat widdergeben, zu unſern und des Riches nutzen, darüber han wir gegeben demſelben Philipſe dieſe Briefe zu gezugnuſſe gegeben zu Wormitzſe in dem April in der zwölften indiction an den zwölften jare unſers Riches.

L. S.

Concordat cum actis Archivii Electoralis Moguntini, quod teſtatur appreſſum hic cancellariae Moguntinae intimae Sigillum. Moguntiae die 14ta Decembris 1742.

Sed nec poſſum, quin, quae Vir ampliſſimus ad hanc ipſam tabulam diſputavit, eidem hic ſubiiciam. Sunt enim valde praeclara, & quam maxime ad rem, de qua agitur, dilucidandam accommodata.

Dieſe Urkunde iſt ſehr denckwürdig, und ſtecket der Hiſtorie der Reichs-Inſignien ein groß Licht auf, wann ſie mit den Falckenſteiniſchen Diplomatibus, welche der Hr. Johannis in Händen gehabt, und nur Stückweiſe (das ich ſehr bedaure) ediret hat, und die ich in der Anmerckung zu dem 121. Capitel des zweyten Buches einflieſſen laſſen, zuſammen gehalten wird. Es iſt nun offenbar, daß die Burg Trievels der Ort geweſen, wo

Di

Digitized by Google

ſtanter & perpetuo ſervata ducit nos ad deſignandum arcis aedi-

die Kayſerlichen Zierungen ſammt allerhand zum Reiche gehörigen Heiligthümern vordem bewahret worden. Es iſt am Tage, daß denen von Falckenſtein, villeicht als Reichs-Truchſeßen, die Hutt anbefohlen geweſen. Es bekennet Kayſer Conrad der IV. daß Philipſen von Falckenſtein Hausfrau, Iſengard, ihm dieſelbe An. 1246. ausgeantwortet. Man ſiehet, daß Cuſpinianus mit gutem Grunde geſchrieben: habuit tum Philippus de Falckenſtein regalia, quae apud eum Guilelmus depoſuit. Ea tradidit Richardo. Es iſt höchſt vermuthlich, da des Kayſers Revers 1269. im April datiret iſt, dieſer Herr aber den 16 Junii dieſes Jahres eine Falckenſteinin in ſein Kayſerliches Ehebette aufgenommen, daß die Ausantwortung der Kayſerlichen Inſignien nicht auf immer, ſondern zu dieſem Beylager geſchehen, und daß Philips von Falckenſtein die Burg und die Kayſerlichen Zierungen zu ſeiner Hutt wieder erhalten. Und alſo kan wahr ſeyn, was der Chroniſt zu Colmar bey dem Vrſtiſio T. II. p. 40. von Kayſer Rudolfen ſchreibet: Venit Magunciam, hic praeſentantur ei Regalia. Wie denn Kayſer Richard viel zu gewiſſenhaft geweſen, als daß er dieſen Schatz auſſer Teutſchland hätte hinweg führen, oder ſich gar damit bereichern wollen, nachdem er des Reichthums und der Freygebigkeit war, daß er den künftigen Nachfahren am Reiche eher Königliche Zierungen ſchenckte, als daß er ſie ihrer uhralten Schätze hätte barauben ſollen. Was aber obgedachter Colmariſcher Annaliſt hinzufüget, und darauf hin und wieder gewaltig gebauet worden: Quae Praedeceſſores Reges magna pecunia non poterant obtinere, iſt nun wohl eine Unwahrheit, und zu den vielen übrigen Verleumdungen zu rechnen, womit man Kayſer Richards Gedächtniß beſchweren wollen. Daß aber dieſe von denen Falckenſteinen bewahrte und in Kayſer Richards Gewalt geſtandene Regalien die rechte wahre Reichs-Inſignien, und nicht etwa die nach Aachen von dem Kayſer geſchenck-

aedificium, ubi illa incluſa latuerunt. Nam quum non modo ex inſtrumento ac ſupellectili conſtent, quod proprie

ten Kleinodien geweſen, iſt offenbar, wann man Kayſer Conrads Brief mit der Liſte deſſen, was in Nürnberg annoch aufbehalten wird, zuſammen hält. Der Herr Ludwig hat in ſeiner Noriberga Inſignium Imperialium tutelari c. VII. drey Claſſen gemacht, und von allen dreyen ſind Stücken in der Falckenſteiniſchen Urkunde beniemet. Von der erſten: S. Johann Baptiſten Zahn. Von der zweyten: die Albe von weiſſen Sammet, der Kayſerliche Mantel, zwey Schuhe, der güldene Appel mit dem Crütze, zwey Schwerdter mit zwey Scheiden, und überdies der güldene Sporen und zwey ſcharlackene Hoſen, die ſich heut zu Tag nicht finden. Und endlich von der dritten, unſers HErren Holtz mit einem guldenen Creutze, und unſers HErren Nagel, und über dies St. Mauricien Speer.

Quod vero Vir illuſtris in ipſo huius ſuae annotationis principio vehementer dolet, duas illas tabulas, quas a *Ioanne* primum in lucem prolatas comment. cit. p. 244, n. (s) inſerendas duxit, non integras, ſed per fragmenta editas eſſe, id quidem nos pariter dolemus, eoque magis, quod non exſtant in ſuppellectili litteraria, quam pie demortuus reliquit, utriusque tabulae exempla, quibus adhibitis, editarum lacunae expleri poſſint. Depromſit autem eam, quae a Cæſare *Conrado* IV data eſt, e codice quodam bibliothecae *Vffenbachianae*, eandemquae Clariſſimo *Koelero* miſit, ſicut hoc diſcere licet ex pag. 27 diſſertationis, quam eo praeſidente, *Spieſius*, Norimb. *de imperii ſacra Lancea non inter reliquias imperii, ſed Clinodia referenda* conſcriptam *Altorfii* an. 1731 propugnavit. Nec dubium, quin & altera tabula, quae *Philippi* eſt *Falckenſteinii*, *ſenioris*, de eodem codice deprompta fuerit.

Sed praeter verba in utraque, brevitatis, ut auguror, cauſſa, omiſſa, deſunt etiam in ipſis, imperialibus inſignibus *Conradi*, *Caeſaris*

Digitized by Google

prie ad Imperatorem adornandum inaugurandumque pertinet, ſed etiam e ſacris reliquiis & armis, ut vocantur, Chriſti, atque haec omnis inſignium copia non alio loco anti-

Caeſaris, tabula enumeratis, ea inſignia, quae facile prima habentur, *corona*, *ſceptrum &*, quae *ſacra*, item *dominica* dici ſolet, *lancea*: idque tanto magis demirandum, quod in regalibus inſignibus, iuſſu morientis Imp. *Henrici* V in caſtro *Trifels*, ſicut ambo Chronographi, *Magdeburgenſis* & *Saxo*, qui a *Ioanne* l. ſ. c. laudantur, tradunt, reponendis diſerte numeratur *corona*; atque ea rurſus & *lancea* in inſignibus, quae ſe una cum ipſo caſtro poſſidere gloriatur Caeſar, *Wilhelmus*; nec dubium, quin ambo iſta inſignia ibi condita, ab illo quoque ibidem relicta fuerint.

Quae quum ita ſint, quaerat forte quis, paullo curioſior, quare non compareant in eis, quae ſe *Conradus* IV ab *Iſengarde* accepiſſe teſtatus eſt, itemque, ſi non *Trifelſae*; ubinam terrarum latuerint. Fateor autem, me quidem non habere, quae ad utramque quaeſtiunculam reſpondeam. At habet *Spieſius*, ſupra laudatus, quod quidem ad eam de *ſacra Lancea* perſolvendam attinet; quippe quam exiſtimat illam ipſam eſſe, quae in tabula *Conradi* IV *Lancea* vocatur *Mauritii*. Itaque duo haec verba, ſuae ſententiae aperiendae cauſſa, typis paullo maioribus exprimenda curavit. Nec mirum: poſuerat enim in diſſertatione ſua p. 15, ex eo, quod Imp. *Conrado* II regnum Burgundiae a Rege *Rudolfo*, *Ignavo*, per *Lanceam* S. Mauritii traditum fuerit, factum eſſe, ut quos citat, ſciptores mediae aetatis, *Ademarus Chabannenſis*, *Sugerius*, *Sifridus Miſnenſis*, itemque *Gotfridus Viterbienſis*, ſacram Lanceam Putarint illam eſſe S. *Mauritii*.

Sed ego haec in medio relinquo, ne, ſi ingrediar ad exponendum, quid de iſta Viri opinionem ſentiam, nimium multa ſine graviore cauſſa hac annotatione complexus eſſe, &, quod res eſt, lon

Digitized by Google

antiquitus aſſervata fuerit, quam quo hodie aſſervatur* hoc eſt, ſacro, ſequitur omnino, ut *Trifelſam* ſubinde delata in capella, ſive ſacello, de quo ſupra egimus, depoſita latuerit**. Atque idem dicendum de *aerario Imperii*, quod pariter quondam *Trifelſae* reconditum atque cuſtoditum fuiſſe traditur***. Nam antiqui itidem moris fuit, ut eius generis theſauri aedium ſacrarum cuſtodia tegerentur ****.

Quando autem *Trifelſa* ad imperii inſignia, ut hanc quaeſtionem leviter tangam, cuſtodienda adhiberi coeperit, id quidem tempus ad deſignandum difficilius, quam quando ipſi illorum cuſtodia ademta ſit. Licet tamen ex an-

---

longius iuſto a rebus *Trifelſae* coniunctioribus aberraſſe arguar.

* Multo quidem maxima & nobiliſſima ex parte, ut conſtat inter omnet, in templo, quod in aedificio *Civitatis Noribergenſis* hoſpitali continetur, ac *Spiritui ſancto* dedicatum eſt: ex minima autem in templo *Aquisgranenſium* primario, quod vulgo Cathedrale appellatur.

** Sicut poſtea, *Kyburgum* deportata, in ſimili aedicula latuit. *Agnes* enim, referenda *Felice Fabro in Hiſt. Suevor. L. I, C. III, p.* 47, quae inter *Goldaſti Scriptores eſt rerum Suevic. editionis Vlm.* *Agnes*, inquam, Imp. *Alberti* filia & Regina *Hungariae* - - - in *caſtro* Kyburg *Capellam pulcbram conſtruxit propter* Imperiales reliquias, *quae bodie* Nurembergae *conſervantur*, *quae tunc in* Kyburg *ſervabantur*, *tanquam in loco tutiſſimo. Eſt enim caſtrum valde firmum & pulcbrum.*

*** Nituntur haec teſtimonio *Ott. de S. Blaſio* in *orat de Trif. p.* 18, *n.** allato cf. *Arnoldus Lubecenſis* Chron. L. IV cap. 20.

**** Vid. *Du Freſne Gloſſar.* in voce *Templum.*

Digitized by Google

annalibus ſuſpicari, prius tum maxime factum eſſe, quum Sueviae Duces ex auguſta familia *Stauffenſi* nati lectique, ac poſt eos *Wilhelmus*, *Hollandiae Comes*, & *Richardus*, *Dux Cornwalliae* ad clavum Imperii Germanici ſederunt; quamquam idem iam ante iſtos Imperatores uſu veniſſe colligi poteſt ex mandato, quod ab Imperatore *Henrico V*, ſupremum quum ageret diem, de regalibus illis inſignibus *Trifelſae* reponendis datum eſſe annales quidam memorant *. Neque enim ſimile vero videtur, huic Imperatori primum in mentem veniſſe, ut Trifelſam Inſignium iſtorum conſtitueret cuſtodem, niſi ea iam antea ibi cuſtodiri coepta eſſent **. Iam quod ad eam quaeſtionem attinet, quando

* Vid. *Orat.* de *Trif.* p. 16 & 30.

** Inſignia imperii per totum illum temporis tractum, qui apud recentiores hiſtoricos *periodus* vocatur *Suevica*, *Trifelſae* maxime cuſtodita fuiſſe, id quidem hoc facilius credere licet, quod oppidum *Anvilla*, caſtro ſubiectum, gentis *Hohenſtauffic ae*, unde delecti fuere, qui tum *Imperium Germanicum* obtinebant, erat poſſeſſio (ſicut infra dedita opera docebimus), atque *Imperatores usque ad tempora Sigiſmundi*, ut illuſtris *Ludewigius* l. c. C. IV, § 6, (rr) loquitur, *atque annum* cIɔccccxxiv *his moribus vivebant*, *ut ſecum Imperialia inſignia*, *ubi locorum eſſent*, *circumferrent.* Eos ac maxime *Hohenſtauffenſes Trifelſae* non raro commoratos eſſe, id tam certum eſt, ut olim in arce peculiare quoddam fuerit conclave, illis recipiendis deſtinatum atque inde nominatum *Caeſareum* (die Kayſer Stub) itemque domus equeſtris (das Ritter Hauß) quam Comitatui eorum patuiſſe, aut Miniſterialibus, ut vocantur, minoribus ſedem praebuiſſe ſuſpicor. Vtriusque vero ac talis praeterea equilis, quale in Principum palatiis noſtra lingua appellatur

quando nimirum caſtrum cuſtodia illorum in perpetuum excluſum fuerit, accidit hoc poſt illud temporis intervallum, quod imperitiores interregnum appellant. Etenim quum Impera-

der Marſtall, fit mentio in commentario quodam accepti & expenſi, quo inter alia enumeratio continetur variae ſupellectilis, quae anno ſaeculi ſuperioris ſexto in diverſis caſtri aedificiis & conclavibus adhuc ſupererat.

Iam altero temporis tractu, qui interregni nomine ſignari ſolet, unam maxime *Trifelſam* Inſignium Imperii cuſtodem fuiſſe, ex eis, quae pag. 125 & ſeqq. allata ſunt, intelligi licet. Dolendum vero *Ludevvigium* non vidiſſe, quam a *Gebauero* primum editam ibi exhibuimus, tabulam *Richardi Caeſaris*. Ea enim viſa lecta non poſuiſſet, credo, in *Noriberga* ſua *tutelari* C. V, § 6, (pp) quae ſequuntur: *Is locus* (Dreiſvelda) *neque patuit Cæſari Richardo*: item, *ex auctoris* Chronici Colmarienſis, *coaevi ſcriptoris*, *teſtimonio non tam probabile*, *ſed certum eſſe puto*, Richardum *imperiales reliquias non habuiſſe*, Dreiſſveldae *conditas*; atque in eandem ſententiam diſputat quoque *Koelerus* magnus ille rerum Germanicarum explicator in *hiſtoria*, quam germanice ſcripſit *Imperii Germanici* p. 238, nitens pariter *Chronographo* illo *Colmarienſi*, adeo ut *Inſignia Imperii* nunquam penes *Richardum* fuiſſe, probari poſſe adfirmet. Ambo tamen viri, ſi in contrariam partem conſiderationem intendiſſent, facile, opinor, inveniſſent rationes, quibus ego ad credendum ducor, *Richardum* utique & *Trifelſae* & Inſignium ibi latentium fuiſſe poſſeſſorem. Etenim quum in poſſeſſione utrorumque iſtorum monumentorum ad imperatoriam dignitatem occupandam tuendamque permagnum eſſet momentum, non magis *Richardi*, quam ipſorum Electorum, quorum ſuffragiis Jmperator factus erat, intererat, ut caſtri aeque atque Inſignium quamprimum compos fieret, neque illis aut volun-

peratoribus liberum eſſet haec ſummi Imperii ſummaeque dignitatis ornamenta aut ſecum portare, aut alicubi in terris ſuis recondere, *Rudolfus*, *Comes Habſburgicus*, in *Richardi* demortui locum ſurrogatus, ea ſibi tradita non *Trifelſam*, ubi adhuc tuto ac ſatis longo intervallo latuerant, revehenda, ſed in caſtrum ſuum avitum, *Kyburg*, transportanda curavit *, quamquam ibi haud diu relicta, ſed rurſus

luntatem, aut ſtudium in re tanti momenti defuiſſe arbitror; præſertim quum eius exequendae inter Principes electores, *Richardo* ſtudentes, *Moguntinus* inprimis & *Palatinus* hoc faciliorem rationem haberent, quod caſtrum ab eis quidem propius aberat; a ceteris vero, qui *Alphonſum* legerent, multa longius, quam ut illud mature occupare poſſent. Ac faciunt, quae hactenus dixi, ut abſit non longe, quin credam, *Richardum*, quum inaugurаretur, cuncta Imperii Germanici inſignia habuiſſe, eisdemque ornatum fuiſſe; nec me valde movent, quae *Ludevvigius* maxime in contrariam partem attulit. Etenim ſi vera ſunt, quae auctores ſatis graves, a *Struvio* in *corp. hiſt.* Germ. p. 503 (19) & a *Gebauero* in *vita Rich.* p. 125 (z) & (a) & ſeq. (b) producti narrant: *Richardum coronatum fuiſſe*, ut verbis utar *Matthaei Pariſienſis apud Aquisgranum, cum maximo honore & ſolennitate, prout moris eſt ab antiquo continuati*, poſtulavit certe hic ipſe mos, ut vetera inſignia regia & adeſſent & adhiberentur.

* Id quod docet monachus *Vlmenſis*, *Felix Faber*, ſcriptor illius aetatis, in quam iſta translatio incidit, iam ſupra laudatus in hiſt. Suevorum lib. I, C. XIII pag. 44. *Electus autem* (Rudolfus) *in Regem, tradita ſunt ei inſignia imperialia cum Imperii reliquiis. Quae omnia tranſtulit in caſtrum ſuum Kyburg, ubi hodie capſa bene ferrata eſt, in qua aliquandiu concluſa manſerunt. Vnde incolae illius*

Digitized by Google

ſus huc atque illuc translata fuere, quoad Imperator *Sigiſmundus* finem vagae huic atque arbitrariae translationi providenter conſtituturus, anno cIɔccccxxIIII cuſtodiam eorum ampliſſimae *Noribergenſium Civitati* poſthac commiſſam creditamque voluit. Inde autem evenit, quod exiſtimatu facile eſt, ut caſtrum ex priſtina fama exiſtimationeque ſua amiſerit plurimum, atque ipſum eius porro tuendi ſtudium ſenſim deferveſcere coeperit.

Fuerunt tamen inter ſucceſſores *Rudolfi*, qui ſuperiorum Imperatorum exemplum haud dubie ſequuti*, ſubinde decreverunt, quae ad caſtrum a ruina tuendum ſuppeditarent; ita tabulis *Henrici VII* & *Ludovici*, *Bavari*, adhuc exſtantibus, docere licet, priorem *Georgio*, *Comiti Veldentino*, quem pago *Spirenſi* advocatum rectoremque impoſuerat, mandaſſe, ut in aedificia caſtrorum, *Trifelſae* & *Novi caſtelli* libras *Hallenſes*, quae tum totidem valebant florenos**, inſumeret *** cIɔII; alterum *Comiti Palatino ad Rhe-*

lius Comitatus eandem capſam viſitant, & capita imponunt aegra, dicuntque ſanata Dei virtute fieri.

* Videſis *Orat. de Trif.* pag. 13, ubi id Caeſares, ſtirpe oriundi Hohenſtaufica, in primis foviſſe dicuntur.

** Vid. *Koelerus* in egregio libello, quem de re nummaria Germanorum horum ipſorum lingua conſcripſit, cap. III.

*** Teſte ipſius Imperatoris tabula, quae pag. huius orationis 40 & 41 prolata exſtat. Cui nunc, occaſione oblata, aliam eiusdem Jmp. eiusdemque Comitis cauſſa perſcriptam hic adiicere libet, qua is *Georgio*, *Raugravio*, praecipit ut *Georgio*, *Veldentino*, munitiones & caſtra Imperii in *Spirgavia* tradat.

Hen-

Digitized by Google

Rhenam, *Ruperto*, *ſeniori*, permiſiſſe, ut in *Trifelſam* ſolam impenderet * mille librarum. Nimirum intererat Imperii, ut ea integra, quoad poterat, ſervaretur; quippe quae poſita in anguſtis Voſagi faucibus ad viam, quae in *Franciam* & *Lotharingiam* ducit, ſpecula quaedam erat & propugnaculum opportunum agi maxime *Spirenſis*, cuius ope:

Henricus *Dei gratia* Romanorum Rex ſemper Auguſtus, *Nobili viro Georgio Comiti Irſuto, fideli ſuo dilecto, gratiam ſuam & omne bonum.*

Quia de circumſpectionis induſtria Nobilis Viri Georgii Comitis Veldenzie, *fidelis noſtri dilecti, plurimum preſumentes, ipſum per* Spirkoviam *provincialem fecimus Advocatum. Vnde Fidelitati tue committimus & mandamus, volentes preciſe, quatenus ſibi omnes munitiones & caſtra, quas & que quondam pater tuus nomine Imperii in ſua poteſtate tenuit, dilatione & excuſatione poſtpoſitis, preſentare & aſſignare aliquatenus non recuſes. Datum* Spire *II Kalend. Martii regni noſtri anno primo.*

* Teſte huius quoque tabula, Germanico conſignata ſermone.

Wir **Ludwig** von Gots Gnaden **Romiſcher Keyſer / zu allen Zyten Merer des Riches** / dun kunt offenbar ahn dieſſem Brieff, das wir vnſerm lieben Vettern und Fürſten **Kuprechten** dem eltern, Pfaltzgrauen by Ryne vnd Hertzog in Beyern erlaubt vnd geheiſſen han, das er tuſend phund Heller verbuwen ſoll ahn vnſer vnd des Rychs burg **Tryfelß** / nach guter kuntſchaft, vnd dieſelben vorgenanten tuſend phund Heller ſlagen wir jme vnd ſin erben zu anderm gelt, das ſy vff vorgnanter burg hant, und vff andern phanden und Guten, die ſye von vnß vnd dem Rych in phandes wyſe innhant. Vnd darüber zu Vrkunde geben wir jme dieſen Brieff, verſiegelt mit vnſerm Keyſerlichen Ingeſiegel. Der geben iſt zu Franckfort am Frytag vor Reminiſcere nach Chriſtus Geburt drutzehen hundert jare vnd darnach

ope obſervarentur aeque atque cohiberenter, ſi qui ex alterutra regione in iſtum Germaniae cisrhenanae tractum fierent incurſus atque impetus hoſtiles. Iam quum caſtrum *Sereniſſimae gentis Palatinae ad Rhenum* pignori datum eſſet*, non minus *Principes Electores*, quam, quibus poſtea obvenit, *Duces Bipontini* curarunt, ut ſtatum, quo adhuc ſteterat, porro obtineret, ſive id ipſi tenerent, ſive, quod ſemel atque iterum uſuvenit, aliis aliquamdiu poſſidendum fruendumque conceſſiſſent**. Stetit autem atque habitatum fuit usque eo, quoad

---

in dem ſechs und viertzigſten jare, in dem zwey und dreyſigſten jare unſers Rych̄es, und in dem nunzehenden des Keyſerthumbes.

* Vid. *Orat. de Trif.* p. 24 & 25.

** Etenim ſi verum eſt, quod in deſignatione locorum ac bonorum, quae Sereniſſimi Principes Electores ad Rhenum ſubinde acquiſivere, *parti II Electorum iurispubl. hiſtoriam Palat. illuſtrantium ſub n. III* inſerta, *p.* 67 notatum exſtat, tenuit id aliquamdiu nobiliſſima Dynaſtarum *de VVachenheim* familia. Ita enim ibi ſcribitur: *Anno* 1382 *acquirit a Dieterico de VVachenheim caſtrum Driefelds.*

Forte id ipſe *Rupertus*, vel iam ante frater eius *Rudolphus* ſimili abalienavit ratione, atque poſtea *Stephanus*, primus Simmerenſium & Bipontinorum Dux; utpote qui idem Antyſio cuidam, praefecti titulo ipſi adſcripto, una cum reditibus ſub ea conditione, ut Sacellano modios frumenti X quotannis praeberet, aliquamdiu poſſidendum commiſit; ſicut hoc intelligi licet ex his verbis, quae e veteri quodam commentario, qui in tabulario curiae fiſci aſſervatur, exſcripſit ampliſſimus *Horſtmannus* Conſiliarius Camerae Principis, mecumque, quum ſciret, quid operis texendum ſuſceperim, non gravate, quod eius eſt cuivis commodandi ſtudium, communicavit:

Digitized by Google

quoad variis temporum hominumque iniuriis ita labefactari ac deformari coepit, ut, quum non videretur pretium operae

Triuels iſt Anthys in Amptswyſe beuolhen vnuerrehent mit den fellen und gülten über gülte die myne Hrn richten ſolle zu Anwilre vnd mit den Fellen die zu dem Sloſſe gehorend als da hernachgeſchrieben ſtet. Vnd ſal dem mönhe x achtl. Korns geben, ſo ſolle myn Hre dem Monche) Fuder Wins vnd x gulden darzu geben. die Zyt wie lange Anthys das inhaben ſal ſtet zu mym Hren.

Quae vero illius vocabuli Amtswyſe vis ſit & ſententia, ex ſuperiorum temporum conſuetudine ſcientius interpretatur *Avemannus* in *Hiſt* quam de Celſiſſima *Burggraviorum Kirchbergenſium* Gente ſcripſit, part. III, ſect. II, not. * pag. 261. Operae igitur pretium erit, ipſum hic Virum ampliſſimum ſua haec, quae ſupra in ipſa hiſtoria poſuerat.

In eben beſagtem Jahre (1482) wurde ihm (Geörg I Burggrafen von Kirchberg) von Churfürſt Friederichen zu Sachſen in Amtsweiſe (*) die Stadt und Amt Creutzburg nebſt zugehörigen Orten mit allem Juſtitz-Weſen eingethan infra ita illuſtrantem audire:

(*) Im XIV, XV und XVIten Seculo gieng dieſer Gebrauch ſtarck im Schwange, daß vornehmen Reichs-Ständen und Herren von andern auch wohl gar Municipal-Städten eine Herrſchaft oder Amt auf gewiſſe Zeit oder nach der vom Eigenthums-Herren ausgeſtellten Verſchreibung gegen Vorſchuß eines capitals mit allen Einkünften und Gerichtbarkeit, ſelbige zu genieſen und handzuhaben, eingeräumet, mithin dem Inhaber darneben das Praedicat, **Amtmann** gegeben wurde, und ſolches nennte man damals in **Amtsweiſe** einthun. Hingegen hieß die Aufkündigung: **das Amts oder die Herrſchaft aufſchreiben**. Dergleichen Exempel ſind, wie geſagt, um ſelbige Zeit gar nicht rar geweſen. Denn a. 1505, war Graf Bernhard zu Solms, Herr zu Münzenberg ꝛc. Chur-Trieriſcher Amtmann zu Molsberg. Ex Arch. Sayn Hacheb. Graf Henrich zu Sayn wurde vom Stifft zu Cöln anno 1568. zum Amtmann über das Schloß Zons geſetzet.

Digitized by Google

rae atque impenſae, partes ruinoſas ſubinde reficere, id tandem ex anno ſaeculi ſuperioris quinto & triceſimo nudum atque inane prolapſioni relinqueretur*.

Atque haec fere habui *Auditores*, quibus illam, quam noſtis orationem de *Trifelſa*, ſicut pollicitus ſum, ſupplerem**, atque adeo ipſi caſtro afferrem id lucis, quo adhuc carere mihi

---

* Docent hoc, quae mihi idem, quem modo laudavi, Vir praeſtantiſſimus, ex eodem theſauro, ex quo ſuperiora, benigne ſuppeditavit; quaeque an. 1661 de *Trifelſa* ad *Curiam fisci*, quum haec de ſtatu aedificiorum publicorum in Praefectura *Neocaſtellana* edoceri voluerat, perſcripta fuere.

Triefels das alte Schloß bey **Annweiler** ſtehet zwar noch ziemlich wohl in Steinwerk: das Dach aber ſamt dem Jngebau iſt alles erloſert; zumalen auch weder Thüren, Läden oder Fenſter darauf vorhanden, weilen ſolches nunmehr ſeit 1635 nit mehr bewohnt worden, auch iſt der Weeg hinauf durch den Regen, vnd weil nichts mehr da gebauet wird, dermaſſen verloſert, daß beſchwerlich mehr hinauf zu kommen.

** Plura ipſe venerabilis Auctor conſcripturus fuiſſet addimenta, novisque curis ultimas haſce plagas de Trifelſa agentes tractaturus, niſi & ſenectutis, quae ipſa iam morbus eſt, gravitas, & cura rerum divinarum una ipſum ab hiſce rerum humanarum ſtudiis ſenſim avocaſſet. Abſtinere vero me iuſſit pietas ab omni diligentiori quadam animadverſione eorum, quae ad illuſtrandam magis Trifelſam pertinere potuerunt, ne Viri elegantiſſime ſcribentis orationem dictis meis contaminaſſe viderer, maxime, cum pluribus negotiis moleſtis operoſisque ita nunc implicatus ſim, ut nullum plane otium mihi contingat in eiusmodi labore conſumendum. Non poſſum tamen, quin duo maxime ſubiungam, quorum copiam mihi praebet erudita Io. Paulli *Koederi*, paſtoris Norimbergenſis, Commentatio hiſtorica de fatis Klinodiorum

Digitized by Google

mihi viſum eſt; quamquam vereor, ne haec vos tam longe

---

imperialium adhuc Norimbergae cuſtoditorum anno ſuperiori, 1766, edita, ſive potius adiuncta eidem epiſtola illuſtriſſimi *Senckenbergii*, conſiliarii iudicii imperii aulici, altera, eaque ponderoſa maxime multarumque rerum, quae & novitate ſua commendantur, & ad Trifelſam Anvilamque pertinent, plena. Scilicet vir ſummi ingenii in laudatae epiſtolae § VI, l. c. p. 107 ſq. novam nominis, quo caſtrum Triefels venit, interpretationem facturus arbitratur primum, illius veriorem ſcripturam, qua effertur Driesvelt ſ. Driesvels, reperiri in Chronico Egmundano ab Ant. *Matthaeo* edito, cap. XLIII, p. 52; quem locum iam exſcriptum legere licet in Orat. de Trifelſa p 11 ſq. not. **. Coniiciens dein, caſtrum iſtud *ſtatim ab initio fuiſſe cuſtodiae clenodiorum Imperii & theſaurorum deputatum*, facile in eam delabitur notationem, ex qua *caſtrum pro theſauris*, Driesfelt ſ. Trisfels dictum ſit; cum vocabulum Dries ſ. Tries, germanis notet *theſaurum*, indeque ſacrum aerarium Trescammer, illiusque cuſtos *Triscamerarius* olim dicantur. Quamvis autem haec notatio multum habere videatur acumen, placet tamen magis illa, quam parens b. m ſupra p. 103—110 attulit probavitque ita, ut Trifelſae vocabulum ſubindicare videatur collis, in quo caſtrum extructum erat, cacumen & petroſum & trifidum. Favent certe huic ſententiae diplomata inde a ſeculo XIII ſcripta, favent ſcriptores veteres, ſi ab uno diſceſſeris Chronico Egmundano, fere omnes, quorum ſcribendi ratio conſentanea refert Trifelſam; favet denique dicta rupis natura atque interpretationis ſimplicitas. Sed iudicium relinquamus intelligentibus.

II Quod vero alterum eſt, idque maioris momenti, diplomate nititur Adolfi regis circiter an. 1293 Spirae dato, quo dictus rex monaſterii Vterinae vallis, germ. Euſſersthal, Ciſtercienſis ordinis, privilegia omnia inde a fundatione eidem conceſſa

ge ab inſtituta ipſius oppidi deſcriptione digreſſio, quum mi-

confirmat. Scilicet teſtatur rex in eo etiam, *quod religioſi viri abbas & conventus praedicti Regalibus obſequiis & Imperialium Inſigniorum cuſtodiis, ab antiquo a noſtris predeceſſoribus, atque nobis, ſunt ſpecialiter deputati.* Egregie igitur hoc teſtimonio adiuvantur ea, quae ven. pater ſupra p. 115—118, ac p. 126—128 de ſacello, aſſervandis imperii inſignibus & ſacris reliquiis deſtinato, atque coenobitis Euſersthalenſibus illius atque & templi Anvillani curam agentibus diſputavit. Verum cum & alias ob cauſas notitia coenobii Vterinae vallis coniungi debeat cum rebus Anvillam ſpectantibus, vide ſupra p. 20 ſqq. not. 63, 99—101 &c. haud inconſultum eſt, ipſas huc referre Adolfi tabulas, prouti ab immortalis nominis Viro, Lud. Ant. *Muratorio* in Antiqq. Ital. medii aevi Tom. V, p. 293 ſq. ad exemplum, ex Germania ipſi tranſmiſſum, licet ſatis vitioſe deſcriptum, primum editae, dein ab illuſtriſſimo *Senckenbergio* l. c. p. 115 ſqq. recuſae ſunt.

Confirmatio privilegiorum facta Monaſterio Uſſerſtalenſi ord. Ciſterc. ab *Adulpho* Rege Romanorum, circiter Anno 1293.

Adolfus Dei gratia Remanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus, preſentes Literas inſpecturis gratiam & omne bonum. Binorum Imperatorum & Regum Romanorum noſtrorum Predeceſſorum devotionem catholicam imitari corde piiſſimo cupientes, Loca Religioſa ad ampliationem divini cultus ab ipſis devote plantata, beneficiis cumulata, & convenientibus libertatibus condonata, intendimus ſuis iuribus & libertatibus conſervare, & gratioſius confovere. Cum itaque religioſi viri Berlatus Abbas, & Conventus Monaſterii in Urlestal (*Uſſerstal*), Ciſtercienſis ordinis, ad noſtrae Maieſtatis culmen humiliter accedentes, a noſtra magnificentia perpetuae paci ſuae petierunt ſuppliciter provideri, ſuasque libertates & privilegia confirmari,

minus gravia atque utilia contineat, parum delectaverit.

---

mari, & de benignitate Regia innovari; noſtris conſpectibus quoque exhibuerunt Privilegia ſubnotata. Primo videlicet Privilegium ſue primarie fundationis ſub Sigillo Rabodonis, quondam Spirenſis Epiſcopi conſcriptum, quod ſic incipit: Facile a memoria &c. In quo, deſcripto Monaſterii Fundo ab eodem Epiſcopo, & duobus germanis eius Armanno Comite de Lodenburg, & Ottone Comite de Alreheim, eidem Coenobio collato, hec clauſula ſubiuncta: Silveque adiacentis eidem Fundo, que vulgari lingua Almende nominatur, quam ruſtici frequentant, que iuris noſtri, ſicut & illorum eſſe dignoſcitur, communionem, & omnem utilitatem Fratribus tradimus, paſturam animalium tam equorum quam armentorum, ovium & porcorum. Et deinde ſubinfertur: iura ſcilicet civilia eidem Fundo competentia a progenitoribus noſtris tradita, huic Carte dignnm duximus inſerenda, ne forte ſuccedente tempore excidant a memoria, ſi quando propter extraneos ſeu vaſtatatores, communis Silva, cuius ſuperius fecimus mentionem, cuſtodienda eſt a forinſecis ruſticis, duo cuſtodes ab Abbate & ruſticis, qui ſunt in Valle, tertius accipiendus eſt; ſi quid vadimonii retentum fuerit, tertia pars Abbati & ruſticis, qui ſunt in Valle, dabitur, duae partes dabuntur ruſticis, qui intrinſecus morantur. Item privilegium magnifici *Friderici* Romanorum Imperatoris Auguſti, ſic incipiens: Si Eccleſiis & Eccleſiaſticis viris &c. In qua premiſſa donatione atque deſcriptione Allodii ſupradicti Coenobii, in perſona Imperatoris glorioſiſſimi prenotati hec clauſula eſt annexa; Nos deinde Uslerital accedentes, ſuper Altare beate Dei genitricis Marie, eidem Allodium contradimus ita ſane, quod nullus omnino ius Advocatie, vel aliam poteſtatem ibi habeat, vel exercere preſumat, preter Abbatem Monaſterii illius Loci. Et quibusdam interpoſitis ſubinfertur: Omnem quoque Almende ſupradicti Allodii in quolibet genere utilitatis ſue, ſuper idem Altare de

Digitized by Google

Uslerſtal contradidimus, ſicut predicti largitores habuiſſe dignoſcuntur, & preſcripto ordini libere contuliſſe. Item privilegium divi Imperatoris Romanorum *Heinrici*, ſic incipiens: Si Eccleſiis &c. & hanc clauſulam continens: Preter ea, que dicta ſunt, omnem Almende predictorum locorum, cum omni genere utilitatis ſue cum univerſis bonis & poſſeſſionibus ſuis, quas eidem Monaſterio diva memoria Patris noſtri Friderici Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti contradidit, & ſuis Privilegiis confirmavit, nos Imperiali auctoritate corroboramus, & preſenti pagina confirmamus. Item privilegium *Heinrici*, Romanorum Regis, quod ſic incipit: Talentum cum lucro &c. In quo hec diffinitiva ſententia eſt deſcripta: Sententialiter ordinavimus, & iuxta prelibatorum tenorem Privilegiorum, firmum eſſe decrevimus, ut ſilva in fundo prefati Monaſterii adiacenti, de quo fuit contentio, Conventus ipſe ad omnem ſuam utilitatem liberam habeant communionem. Ceterum ſi quando propter extraneos, ſeu vaſtatores communis Silva cuſtodienda eſt, ſecundum quod in fundationis Privilegio eſt ordinatum, teneat. Item Privilegium invictiſſimi Regis Romanorum *Rudolfi* illuſtris, quod ſic incipit: Regalis excellentia &c. In quo cum preſcripto Privilegio Imperatoris Friderici iam premiſſa Regis Henrici ſententia confirmatur, & favorabiliter innovatur. Item aliud Privilegium eiusdem Predeceſſoris noſtri, quod ſic incipit: Accedens iam pridem &c. In quo ab ipſo Predeceſſore noſtre dive recordationis Rudolfo approbatur, & de certa ſcientia confirmatur ſententia arbitraria ac diffinitiva a ſtrenuo viro Heinrico de Bannaker Milite, & quatuor aliis Coärbitris, in eodem Privilegio nominatis, iuxta formam compromiſſi in ipſos facti & tenorem preſcriptorum Privilegiorum pro monaſterio lata; quod videlicet abſque omni ambiguitate & ſcrupulo Abbas & Conventus Uslerſtalenſis Monaſterii antedicti, ad omnem ſui utilitatem, tam ſectionem lignorum quorum-

Digitized by Google

rumcumque, quam paſturam quorumlibet animalium, communionem almende predicte absque contradictione & prohibitione qualibet, ſicut & ruſtici, libere nanciſci debeant, & ipſis uti: ac quod ruſtici predicti quidquid iuris in communione ſilve prefate ſibimet vindicant, & ſe ipſos habere fatentur, id ipſum & omnino conſimile per omnia debeant Abbati & Conventui recognoſcere, & illibatum pacifice obſervare. A quibus arbitris parti dicto Monaſterio adverſanti Silentium perpetuum in hac cauſa eſt impoſitum & indictum, prout in Inſtrumento pronuntiationis eorundem arbitrorum, ſub eorum ſigillis confecto, plenius continetur. Nos predictis omnibus Privilegiis diligenter perſpectis, & lucide intellectis, pie conſiderationis oculum advertentes, quod ex eo quod religioſi viri Abbas & Conventus predicti *Regalibus obſequiis & Imperialium Inſigniorum cuſtodiis, ab antiquo a noſtris Predeceſſoribus, atque nobis, ſunt ſpecialiter deputati*; ad ipſos debet noſtrae benignitatis favor ſpecialius inclinari, omnia predicta Privilegia, & contenta in eisdem, ſicut perinde ſunt conceſſa, ratificamus, approbamus, innovamus, & preſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtrae ratificationis, approbationis, innovationis, & confirmationis paginam infirmare, vel ei auſu temerario in aliquo contraire. Quod qui facere preſumpſerit, ſe gravem noſtrae Maieſtatis offenſam noverit incurriſſe, & mulctandum pena, que in privilegiis anteſcriptis Dominorum Imperatorum Friderici, & Heinrici huiusmodi transgreſſoribus & iniuratoribus eſt inflicta, in premiſſis omnibus noſtro & Imperii iure penitus tamen ſalvo. Datum Spirae . . . (*Reliqua deſiderantur*)

Digitized by Google

LECTORIBUS,
MAXIME HISTORIAE PATRIAE STUDIOSIS,
GEORGIUS CHRISTIANUS CROLLIUS S.P.D.

Poſtquam Deo immortali placuit, ut Venerandus parens meus, Joannes Philippus, *Orationis huius ſive potius commentationis hiſtoricae, non mihi ſolum, ſed & patriae, quam ſe ipſo chariorum habebat, eccleſiae, cuius erat praeſidium, denique ſcholae, cuius laudes a ſe inſtauratas fere per L annos tuebatur, praeviſa quidem & neceſſaria, ſed non minus lugenda morte ſubtraheretur: nihil mihi prius, nihil ſanctius habere conſtitui, quam ut optimi patris manibus iuſtum honorem habeam, & quae ille incohata reliquit, qualicunque mea perficiam opella, perfectaque ſic cum eruditis vel certe litterarum ſtudioſis communicem. Quemadmodum igitur illi, quamprimum pietatem vacuo animo ad ſcribendum conferre licuerit, parentare certum eſt: ita cum maxime, quicquid in ſcriniis ipſius de Anvilla reperi elaboratum, particulis ante editis adiungendum curavi, uti ſic tandem topographica huius oppidi deſcriptio, qua prima orationis pars abſolvitur, integra prodiret. Neque autem vereantur lectores, ne ſic finem toti operi imponere velle videar. Quamvis enim me patre litteratiſſimo ac deceſſore meo inferiorem ſentiam, ingenueque fateri debeam, neque mihi orationem maturitatis elegantiaeque plenam aequabiliter ad finem usque profluentem imitatione exprimere liceat, recepi tamen recipioque denuo in me, quicquid laboris reſtat. Exſpectent igitur lectores hiſtoriam oppidi, inter illuſtria huius Ducatus municipia celebrioris, monumentorum & chartarum fide a me conſcribendam. Commendabit eam certe & utilitas affinitasque cum illuſtribus controverſiis, & varietas; quippe cum patrem, prudentem ducem, vel in ipſis eius erroribus ac digreſſionibus iucundiſſimis ſequi animus ſit.*

Dabam in Geminoponte Nonis Martiis an. CIↃIↃCCLXVII.

Digitized by Google

LECTORIBUS,
MAXIME HISTORIAE PATRIAE STUDIOSIS,
GEORGIUS CHRISTIANUS CROLLIUS S.P.D.

Poſtquam Deo immortali placuit, ut Venerandus parens meus, Joannes Philippus, *Orationis huius ſive potius commentationis hiſtoricae, non mihi ſolum, ſed & patriae, quam ſe ipſo chariorum habebat, eccleſiae, cuius erat praeſidium, denique ſcholae, cuius laudes a ſe inſtauratas fere per L annos tuebatur, praeviſa quidem & neceſſaria, ſed non minus lugenda morte ſubtraheretur: nihil mihi prius, nihil ſanctius habere conſtitui, quam ut optimi patris manibus iuſtum honorem habeam, & quae ille incohoata reliquit, qualicunque mea perficiam opella, perfectaque ſic cum eruditis vel certe litterarum ſtudioſis communicem. Quemadmodum igitur illi, quamprimum pietatem vacuo animo ad ſcribendum conferre licuerit, parentare certum eſt: ita cum maxime, quicquid in ſcriniis ipſius de Anvilla reperi elaboratum, particulis ante editis adiungendum curavi, uti ſic tandem topographica huius oppidi deſcriptio, qua prima orationis pars abſolvitur, integra prodiret. Neque autem vereantur lectores, ne ſic finem toti operi imponere velle videar. Quamvis enim me patre litteratiſſimo ac deceſſore meo inferiorem ſentiam, ingenueque fateri debeam, neque mihi orationem maturitatis elegantiaeque plenam aequabiliter ad finem usque profluentem imitatione exprimere liceat, recepi tamen recipioque denuo in me, quicquid laboris reſtat. Exſpectent igitur lectores hiſtoriam oppidi, inter illuſtria huius Ducatus municipia celebrioris, monumentorum & chartarum fide a me conſcribendam. Commendabit eam certe & utilitas affinitasque cum illuſtribus controverſiis, & varietas; quippe cum patrem, prudentem ducem, vel in ipſis eius erroribus ac digreſſionibus incundiſſimis ſequi animus ſit.*

Dabam in Geminoponte Novis Martiis an. cIↄIↄ CCLXVII.

Digitized by Google

LECTORIBUS,
MAXIME HISTORIAE PATRIAE STUDIOSIS,
GEORGIUS CHRISTIANUS CROLLIUS S.P.D.

Poſtquam Deo immortali placuit, ut Venerandus parens meus, Joannes Philippus, *Orationis huius ſive potius commentationis hiſtoricae, non mihi ſolum, ſed & patriae, quam ſe ipſo chariorum habebat, eccleſiae, cuius erat praeſidium, denique ſcholae, cuius laudes a ſe inſtauratas fere per L annos tuebatur, praeviſa quidem & neceſſaria, ſed non minus lugenda morte ſubtraheretur: nihil mihi prius, nihil ſanctius habere conſtitui, quam ut optimi patris manibus iuſtum honorem habeam, & quae ille inchoata reliquit, qualicunque mea perficiam opella, perfectaque ſic cum eruditis vel certe litterarum ſtudioſis communicem. Quemadmodum igitur illi, quamprimum pietatem vacuo animo ad ſcribendum conferre licuerit, parentare certum eſt: ita cum maxime, quicquid in ſcriniis ipſius de Anvilla reperi elaboratum, particulis ante editis adiungendum curavi, uti ſic tandem topographica huius oppidi deſcriptio, qua prima orationis pars abſolvitur, integra prodiret. Neque autem vereantur lectores, ne ſic finem toti operi imponere velle videar. Quamvis enim me patre litteratiſſimo ac deceſſore meo inferiorem ſentiam, ingenueque fateri debeam, neque mihi orationem maturitatis elegantiaeque plenam aequabiliter ad finem usque profluentem imitatione exprimere liceat, recepi tamen recipioque denuo in me, quicquid laboris reſtat. Exſpectent igitur lectores hiſtoriam oppidi, inter illuſtria huius Ducatus municipia celebrioris, monumentorum & chartarum fide a me conſcribendam. Commendabit eam certe & utilitas affinitasque cum illuſtribus controverſiis, & varietas; quippe cum patrem, prudentem ducem, vel in ipſis eius erroribus ac digreſſionibus iucundiſſimis ſequi animus ſit.*

Dabam in Geminoponte Nonis Martiis an. cIɔ Iɔ ccLXVII.

Digitized by Google